

DECISIO
S. ROTÆ ROMANÆ
Coram R.P.D.
MELTIO
IN CAVSA
Tiburtina Castri S. Angeli.


Luna 18. Iunij 1646.





ROMAE, Ex Typographia Reu. Cam. Apost. M.DC.XLVII.
Deinde PARMAE, Ex Typographia Erasmi de Viothis.
M. DC. LIV.

Superiorum Permissu.




ASTRVM, de quo agitur possederunt Alphonsina Medicea, alijq; DD. de Medices, & subindè Alexander Dux Florentiæ, ac Hippolitus Card. Medices, quo defuncto anno 1538. DD. Franciscus, & Hieronymus fratres de Vrsinis d. Castri possessionem inuaserunt Summario Serenifs. D. Ducis Parmæ *num.* 1.

Orta igitur controuersia inter d. Alexandrũ, & prędictos fratres de Vrsinis fel. rec. Paulus III. ad euitanda scandala possessionem eiusdem Castri ad se auocauit, causaq; commissa ad sibi referendum celeberrimo Iurisconsulto Petro Paulo Parisio tunc A. C. & mox defuncto d. Alexandro Duce, Madama Margarita ab Austria eius Vxor relicta prosequuta est litem pro suis iuribus dotalibus, & ad relationem d. Parisij obtinuit ab ipso Paulo III. Sententiam fauorabilem in possessorio, imposito DD. de Vrsinis perpetuo silentio, ac reseruato iure cuilibet partium impolterùm prosequendi super proprietate Sum. D. Ducis Parmæ *num.* 2.

Ab indè citrà nempè ab anno 1539. siluit causa, donec Paulus Iordanus senior de Vrsinis obtinuit de anno 1580. committi bo. me. Blanchetto causam restitutionis, ac recuperationis eiusdem Castri, & anno 1581. ad fundandam eius intentionem fuit productum quoddam sumptum, quo dicebatur sub die 10. Maij 1504. Ioannem Iordanum patrẽ Hieronymi dedisse insolutum, & in defalcationem debiti ascendentis ad ducat. *63936.* Hæredibus DD. Petri, & Laurentij de Medices fructus Castri Cæsani, ac Ferreriæ loci Galeriæ taxatos in ducatis 520. Alphonsinæ verò Mediceæ creditrici ducatorum 25000. redditus dicti Castri S. Angeli calculatos ad rationem ducatorum 480. quolibet anno, eandemq; Alphonsinam huiusmodi dationem postmodum ratificasse; Sumptum autem erat subscriptum ab Antonio Roccho de Bracciano, afferente se ità inuenisse in notis, & rogitibus q. Io: Francisci sui Patris Sum. Excellentissimi D. Ducis Bracciani secundæ positionis *num.* 4.

De Anno 1582. coram d. bo. me. Blanchetto fuit dubitatum, An d. sumptum esset in forma probanti, & sub die 19. Martij eiusdem anni, vt apparet ex Sum. d. Serenifs. D. Ducis Parmæ *num.* 3. fuit resolutum, quod in primis, & ante omnia exhiberetur originale, quo exhibito, & post emissam protestationem ad instantiam Madamæ Margheritæ super illius ocularibus defectibus per eumdem Blanchettum consignato Notario causæ cum ordine diligenter retinendi, & parti non restituendi, donec aliter fuerit ordinatum d. Sum. *num* 5. Disputatum fuit, An iura ex aduerso producta, quorum originalia ostendantur Dominis, & afferãtur in Rota essent in forma probanti, Et sub die 15. Nouembris 1582. *d. Sum. num. 6.* coram Lancellotto, vti suisecto in locum Blanchetti, fuit responsum non esse in forma probanti, adeout Dominis visum etiam fuerit ex parte DD. de Vrsinis petentium dilationem ad proban. iura esse authentica, fateri ex ijs, quæ erant in actis eorum intentionẽ non esse fundatã.



Produxerunt igitur DD. Vrsini de anno 1583. aliam scripturã continentem prædictã assignationem, quæ dicebatur rogata, & subscripta per Franciscum Riccium de Piscia, & in vltimo folio rupto dicebatur extare etiam subscriptio prædicti Io: Francisci Rocchi, & post huiusmodi productionem siluerunt vsque ad annum 1595.

Quo anno ex parte D. Virginij Vrsini fuit exhibita quarta scriptura continens prætensã ratificationem factam de anno 1504. à filijs Petri de Medices, quæ licet assereretur rogata in Vrbe à d. Notario de Bracciano, & Francisco de Piscia, nec reperiretur in aliquo Archiuio ipsius Vrbis, dicebatur reperta in Archiuio Florentino, & exinde extracta anno 1583. At Rota resoluit originale esse transportandum ad Curiam, & quatenus id non posset assequi fore decernendas litteras compulsoriales cum omnibus cautelis opportunis d. Sum. num. 9.

Verùm quia transportatio obtineri nõ potuit, expedita proindè compulsoria, & delato ad Vrbem processu, fuit postea dubitatum die 2. Iunij 1587. An scriptura producta anno 1583. esset in forma probanti, & Domini ordinarũt videri, An ad effectũ recognitionis esset demendũ tempus litis motæ, Quo dubio proposito pro maiori parte

Dominorum coram eodem Cardinali Lancellotto sub die 12. Ianuarij 1592. affirmatiuè fuit responsum, *vt apparet ex decis. 822 part. 4. diuers.*

Reassumpta deinde disputatione de anno 1640. coram R.P.D. meo Peutingerio contra Sereniss. Odoardum præsentem Ducem Parmæ, & proposito eodem dubio sub 26. Iunij 1641. & 7. Februarij 1642. Domini recesserunt à d. decis. 822.

Sub die verò 12. Maij 1642. coram eodem R.P.D. meo Peutingerio fuit etiam dubitatũ. An d. Instrumentum rogatum de anno 1504. esset in forma probanti, & informante tantùm eodem Excellentiss. D. Duce Bracciani, affirmatiuè fuit responsum; Posteà verò idem Dux Bracciani obtinuit disputari dubium, An ipsi esset dandá reintegratio, & sub 27. Iunij 1642. affirmatiuam pariter DD. fuerunt amplexi resolutionem, & in eiusdem D. Ducis Bracciani fauorem fuit deindè relaxatum, & expeditum mandatum de reintegrando. Commissa postmodum mihi causa appellationis à sententia reintegrationis cum clausula *Constito de re iudicata*, vel quod alias executioni locus sit, & sub hac die proposito dubio iuxta formam d. commissionis, quoad vtramque partem fuit per Dominos negatiuè responsum.

Regulare namq. est sententiam nullam, & iniustã non transire in iudicatum *l. si expressim, vbi gl. Bart. & alij ff. de appell. Abb. in c. Inter cæteras de re iudic. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 484. num. 8. & de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 79. nu. 4. Rimin. iun. cons. 699. n. 20. Surd. cons. 61. nu. 53. Mandell. cons. 776. nu. 20. vers. & ridiculũ est dicere, Mart. cons. 41. nu. 12. Rot. dec. 339. nu. 1. coram Papa Greg. XV.* Nec esse executioni demandandam, *l. si cum nulla ff. de re iudic. l. 2. C. de edict. diu. Adrian. toll. Bart. in l. 1. C. de execut. rei iudic. Bald. in Auth. quæ supplicatio C. de precib. Imper. offeren. Mandell. cons. 766. nu. 6. Surd. cons. 99. num. 19. Altograd. cons. 99. num. 29. Rot. decis. 689. num. 2. vers. Meritò igitur par. 1. & decis. 500. nu. 5. in fin. part. 4. recent.*

Nullitas autem patet, quia d. Sententia fuit lata absq; citatione, sine qua nõ sustinetur, *l. 1. §. Item cum ex edicto ff. quæ sent. sin. appell. rescind. gl. in Clementina sæpè verb. Ad id de verb. signif. Vant. de nullit. tit. de nullit. sent. ex defect. citat. num. 2. & 9. Mandell. cons. 192. num. 2. ibi Primum est, & d. cons. 776. nu. 4. Ibi Vnde secundo Menoch. cons. 345. nu. 13. ibi* Est autem nullitas hæc omnium præcipua; *Rot. decis. 8. nu. 1. & dec. 163. nu. pariter 1. coram Reuerendiss. Vrgellen. & 474. eod. nu. 1. ibi*, quia ex defectu citationis &c. *part. 2. recent. Mutinen. bonorum 28. Iunij 1638. coram R.P.D. meo Rojas*; Nec talis citatio præsumitur, nisi concludenter probetur, *vt per Abb. in c. Tenor col. penult. de re iudic. & cons. 92. contra sententiam vol. 1. Mandell. d. cons. 192. num. 2.* ibi *Citatio autem &c.* Et ideo talis sententia non potest nocere eidem Sereniss. Duci vti non citato *l. de vno quoq; vbi gl. & DD. ff. de re indic. Clem. sæpè vbi etiam glos. de verb. signif. Surd. cons. 189. nu. 28.* ibi qui non fuit citatus &c. *Rot. decis. 185. num. 21. coram d. Vrgellen. & decis. 759. num. 1. vers. Et ideo cessabant &c. par. 2. recent.*

Non obstat quod D. Dux Parmæ fuerit citatus per cõtradictas, & ideo sustineri videatur huiusmodi sententia, maximè cum prius fuisset citatus Mangellus eius Procurator, cuius mandatum procuræ licet fuerit postea reuocatum, nec constitutus fuerit alter procurator, nihilominus procedi potuisse videtur per cõtradictas *Vestr. in prax. lib. 4. cap. 5. num. 5. Vant. de nullit. ex defect. citat. nu. 14. Rot. in Mediolanen. pensionis 31. Ianuarij præteriti coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Quia citatio per contradictas tunc facit citatũ verum contumacem, & non fictum, quãdo præcessit citatio personalis, vel alia legitima per ædictum *Vant. de nullit. ex defect. citat. nu. 91. vers. Erit tamen aduertendum. Scacc. de appell q. 12. n. 16. Rot. dec. 2. & 16. de dol. & contumac. & 22. post med. de appell. in nou. & dec. 46. eod. tit. in antiq. 55. nu. 2. par. 1. diuers. Volaterana Prioratus 15. Decemb. 1638. coram R.P.D. meo Bichio*; Vnde cum D. Dux Parmæ non fuerit personaliter citatus, nec legitimè per ædictum, vtique nec etiam verus cõtumax dici potest *iuxta dec. 12. de dol. & contum. in antiq. & dec. 6. eod. tit. in nou.* Sicq. non potuit contra ipsum per contradictas procedi *Castr. in l. Peremptorium 68. nu. 6. de indic. Felin. in c. Quoniã frequenter. §. porrò nu. 20. vers. & dicis &c.*

Vestr.

vestr.in prax.lib.1.cap.2.in fin.nu.4. Scacc. de appell. q.12.num.16 ibi, *Quia alias citatio &c.& alij relati per Vbert.de citat.tom.1.c.7.num.312. post med. vers. Ideoq; ac nu.337. vers.Sed huic fundam & tom.2,cap.11. num, 410. Compostellana Parochialis 16. Decemb.1596. coram Orano, Caputaq; dec.107.nu.4.par.1. Seraph.dec.972.nu.4.1100. nu.5.& 1226.nu.4.& dec.340.nu.11.par.5.104.nu.24.& 25.par.6.diuers.94.nu.3.in fin. coram Durano 430.nu.1.& ibi Adden nu.5.coram Papa Greg. XV. Meleuitana hareditatis 26. Ianuarij 1637. vers. Neq; obstare coram Eminentiss. D. Cardin. Panzirolo. Licien.legati 1.Iunij 1640.vers. Nec similiter coram bo. me. Pirouano, & in Ariminen. fideicom.21.Iunij 1641. coram R.P.D. meo Cerro.* Neq; etiam constat de re iudicata, quia Sereniss.D.Duci ab ea sententia per contradictas lata à die habitæ notitiæ benè licuit appellare, prout appellauit, vt apparet ex eius *Sum.nu.11. Clement. vnica de dol.& contum.& ibi gl.Imol.nu.14 Abb.nu.6. Ancar.nu.11. Felin.in c.ad consultationem col.13. vers.considera duas conclusiones de appellat. Scacc. eod. tract.lib.3.cap.2.q.12. nu.16. & 18. ibi tamen Rota de aquitate, &c. Vant.de nullit. sent. ex defect.citat, nu. 91. vers. Erit tamen aduertendum* ibi, *Et propterea &c. Dec. cons. 34. col.2.in princip.lib.1. Rot.decis.190.nu.4.248. nu.5.post Modern.Perus.de manut.55.nu.2.par.1. diu. Meleuitana Commenda 20. Iunij 1639. coram R.P.D. meo Royas, & in Valentina Beneficij 12.Maij 1642.coram Reuerendiss.D. meo Praside Vallisoletano,* Cum ab illa die scientiæ tantum decendium currere incipiat *gl.in auth.Hodiè verbo à sententia C. de appell. Rebuff.in tract.pariter de appell. in prafat.nu.69. & art.1.gl.1.num.3.tom.3.fol.480.& 482.Scac.eod.tit.d.q.12.nu.7.vers.Primo quia Rot.dec.734.nu.2.in princ.par.3.rec.*

Si verò inspiciatur citatio exequuta sub 3. Iunij 1642. contra d. Mangellum, nec etiam illius vigore potest sustineri d. sententia, quia licet Mangellus haberet mandatū generale eiusdem Sereniss.Ducis, tamen cum ex eius *Sum. nu. 13.* appareat illud fuisse reuocatum in Ciuitate Parmæ die 12.August. 1641. & instrumentum reuocationis productum per acta Brunori sub 27.eiusdem, ac illius reuocationem fuisse notificatā eidem Excellentiss.D.Duci Bracciani, vt ex eodem *Sum.num.14.* cum protestatione eiusdem Mangelli se nunquam in hac causa fuisse constitutum Procuratorem in die cadentis citationis D.Ducis Bracciani ad terminos substantiales Sum.D.Ducis Parmæ *nu.* 14. hoc quidem sufficit ad inducendā huiusmodi reuocationis scientiā *Imol. in Clem.Causam num.11.de elect.c. concertationis in verb.scienter de appell.in 6. Ias.in l. qui Roma §.duo fratres nu.68.de verb. oblig. Castr.cons.361.num.6.vers.Praterea lib.1. Caphal.cons.720.num.9.ibi Quando sibi &c. Menoch.cons.246.num.47.& seq.Rot.in Legionen. Canonicatus 9. Iunij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano;* Vnde quicquid fuit gestum cum d.Mangello post d. reuocationem ad partis notitiam deductā, fuit ipso iure nullum, & non attendendum, tāquam factum cū non legitimo, & vero procuratore, quia processit reuocatio *gl.in c. mandatum 13. verb. à Domino reuocato ante med.vers. Si vero de procurat. Abb.ibid.num.5. post med.vers. Sed placet, & in c.in nostra nu.6.vers.Sed in contrarium eod.tit. Felin.in c.ex parte Decani 33. nu. 24.post med.vers. Sed D. Abbas de rescript. Gratian.discept.forens cap.478.nu.7. Vant. de nullit. ex defect. mand.sub nu.162.vers.Si reuocatio, Mantic.de tacit.& ambig. lib.7.tit.21. num.24. Castr. cons.158.ad med.vers.Sunt & alij lib.1.Rot.dec.2.nu.1.& 2.de procur.in nou.1275.n.6. coram Card.Seraph.* licet ad effectum nullitatis sententiæ sufficeret, quod talis reuocatio deuenisset ad notitiam iudicis *l.licet de procurat.Bart.in l. 1.nu. 11. de satisd. Bald. in l. si procuratorem vers. Quaro 1. ff de procurat. Mantic.de tacit.& ambig.lib.7.tit.21. nu.25.* Ex quod igitur d.sententia fuit lata contra non legitimè procuratorem quàmuis Dominus non appellasset, potest tamen vsq; ad mille annos dicere de illius nullitate *Bald.in l.ei qui non procurauerit C. si ex fals. instr.vers. Quaro numquid Dominus l.ex inditio C.ad l.Cornel.de fals. idem Bald.in l. 2. C.de legit. hared. Alex.cons.191. Prospecto instr.num.6.lib.6.Mantic.de tacit.& ambig. d.lib.7. tit.11.num.13.circa finem.*

Nec releuat quod talis reuocatio mandati procuræ fieri non potuerit in præiudicium D.Ducis Bracciani, qui procuratorem posteà reuocatum cæperat citare, *Castr. in l.*

Quæ omnia 25. nu. 1. ad med. ff. de procurat. Mobedan. decis. 4. numer. 2. eod. tit. Burat'. decis. 723. num. 1.

Quia cum appareat talem reuocationem fuisse factã re integra, & tempore quo d. Mãgellus d. mãdato generali nunquam vsus fuit, nec illud vnquã produxerit in hac causa, benè talis reuocatio potuit fieri, & sustinetur *iuxta gl. in c. Quamuis in verb. reuocati vers. Si autem de mandat. procur. in 6. Ioan. de Anan. cons 25. vers. Secundò præmitto Mantic. de tacit. & ambig. d. lib. 7. tit. 21. nu. 4.* Eoq; magis quia huiusmodi reuocatio fuit facta ante sententiam, & per eumdem Mangellum fuit acceptata, & producta, quapropter isto casu nec etiã requirebatur intimatio, vt inquit *idẽ Ioan. de Anan. cons. 25. nu. 2. post med. Adden. ad Burat. decis. 723. nu. 18.* Vnde cum talis reuocatio per annũ ante facta fuerit parti notificata in termino citationis superiùs relatæ, actus indè gesti cum eodẽ Mangello fuerunt nulli *iuxta gl. in c. mandato 13. sub vers. A Domino reuocato vers. Si verò reuocatio de procurat. Vant. de nullit. ex defectu inhabil. nu. 162. Gratian. d. cap. 478. eodem num. 7. Seraph. decis. 1276. num. 6. Adden. ad Greg. decis. 548. nu. 14. vers. Sicut etiam.*

Quod autẽ de tempore reuocationis res esset integra, nec lis cum d. Mangello esset contestata patet, dum de illo tempore nulli actus iudiciales fuerunt facti per d. Mangellum: Nam licet in personam ipsius Mangelli reperiatur adnotatus actus reportationis regestri, tamen talis actus non dicitur iudicialis, sicut nec actus informandi *Rota decis. 76. nu. 4. lib. 3. p. 3. 104. nu. 44. par. 6. diuers relati per Post de manut. obser. 86. nu. 11. & per Vbert. de citat. tom. 3 c 13. nu 364. vers. Non enim sufficeret.* Nec etiam citatio facta eidẽ Mangello ad viden. describi fructus poterat impedire talem reuocationem, quia cũ talis citatio non fuerit reproducta a persona legitima, nihil poterat operari *Felin. in c. Quoniam contra nu. 6. de probat. Vant. de nullit. ex defect. cit. nu. 146. Gratian. discept. forens. cap. 639. nu. 1. Osasch. cons. 13. nu. 55. lib. 1. Paris. cons. 32. nu. 11. & seq. par. 3. Purpurat. cons. 227. nu. 8. lib. 1. Corn. cons. 332. nu. 5. vers. Quod & demonstratur vol. 1.* Vltra quod talis descriptio nõ spectat ad merita causę, quę pariter talẽ reuocationem non poterat impedire *Abb. in c. Auditis nu. 2. de procur.* Et dum dictus Mangellus ante talem reuocationem nunquam in causa comparuit, ex hoc euidenter colligitur ipsum noluisse litem contestari *Boer. inter singul. Doct. in verb. litis contestatio num. 1. fol. 373. Bart. in l. vnica nu. 9. in fin. & ibid. Salicet. nu. 2. vers. Quaro secundò, C. de lit. contest. Corn. cons. 109. nu. 21. in fin. lib. 2. Rimin. iun. cons. 666. nu. 53. lib. 6. Rot. dec. 104. nu. 21. par. 6. diuers.* Et insuper cum Camera tunc temporis occuparet bona, & iura Ducis Parmæ, nec fuerit citatus Procurator fiscalis, de cuius interesse agebatur, nullitas d. sententiæ non potest euitari, vt in terminis firmauit *Rota in Ferrarien. Archipresbyteratus 16. Iunij 1628. coram bon. mem. Coccino in ordine apud Modern. Peruf. de manut. 238. nu. 26. Seraph. decis. 1395. nu. 7. vers. Nec fuit citatus, & in Cæsar augustana distributionis 16. Ianuarii 1623. coram bo. me. Remboldo.*

Non obstat quod instrumentum talis reuocationis nõ fuerit in actis productũ, quia vt dicebam; cum d. Mangellus numquã fuerit vsus d. mandato generali, nec illud parti, nec iudici notificauerit, potuit etiã prætermitti productio talis reuocationis *gl. in c. Quamuis verb. reuocari de procurat. in 6. Felin. in d. c. Ex parte Decani num. 18. vers. Fallit. 5. Io. de Anan. d. cons. 25. nu. 2. vers. His tamen. & Bologn. in addit. ad eundẽ Ioan. sub nu. 8. post med. sub vers. Nam in casu isto &c. Rot. decis. 2. num. 3. ibi Si verò non est certificatus de procurat. in nou.* Sed prorsus remouetur tale obiectum, dum huiusmodi reuocatio fuit producta per acta Brunori, vt superiùs dicebã, per cuius acta, tunc agebatur causa locorũ mõtium, & notificata parti productio talis reuocationis cum die, mense, anno, & Notario, quod quidem sufficit ad effectũ, vt dicatur peruenisse ad notitiam dicti citati *Castr. cons. 361. nu. 6. circa fin. vers. Sed quod perueniat ad notitiam vol. 1. Couar. pract. cap. 9. n. 8. in fin. 2. conclus. Rot. in Legionen. Canonicatus 9. Iunij 1623. coram Reuerendiss. D. meo Decano;* Et ad effectum vt notitia reuocationis dicatur peruenisse ad alterum, nempe Iudicem, vel partem sufficit qualiscumque notitia

titia

titia *Couar. tract. quæst. loc. cit. Buratt. decis. 723. & ibi Adden. numer. 16. & 18.*

Deputatio vero facta à Serenifs. Madama Matre, & Tutrice D. Ducis cum mandato generali in personam Bartholomæi Sacchi cum facultate substituendi, qui deinde obijt nihil releuat ad effectum procedendi per contradictas: Nam vltra quod in actis non constat de tali mandato, nec obitu, nec iste Sacchus in hac causa vnquã fuit exaduerso citatus, nec ipse vti talis comparuit, vt apparet ex reuolutione actorum, simplexq; receptio extraiudicialis regestri nõ suffragatur ad hunc effectum ex suprafirmatis; Et cum nihil fuerit actũ in causa tempore Serenis. Ducis Odoardi, nisi in fine anni 1641. citato Mangello, nõ facit quod prius comparuerint Procuratores Margheritę, & Ducum Alexandri, & Raynutij, maximè quia D. Dux Odoardus fuit citatus non vti successor, & hæres, sed tanquam principalis, & sic pariter erat necessaria citatio personalis, vt inquit *Salust. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 15. nu. 1. & 2. Lancell. de attent. par. 3. c. 27. nu. 29. & 30. Rot. in Imolen. pecuniaria 16. Iunij 1606. coram Penia.*

Cessar pariter quod talis sententia fuerit lata in possessorio reintegrandæ, ideoq; intrare videatur Egidiana *Rot. decis. 51. nu. 1. par. 1. & dec. 305. num. 10. part. 6. diuers.* Quia eo ipso quod sententia est nulla, & iniusta nõ est locus Egidianæ, cum ista semper intelligatur de sententijs iustis, & validis *Bald. in l. vnica nu. 4. ad med. C. si de moment. poss. ibi Contrad. q. 16. in fin. nu. 7. & 8. Gratian. discept. forens. cap. 494. nu. 1. Rot. in Rom. Spolij 2. Iunij coram bo. me. Cardinali Verospio in ordine 68. numer. 1. penes Pacific. de Saluian. & decis. 98. nu. 5. apud eundem 391. nu. 6. par. 2. recent. Mantic. dec. 33. num. 2. & 11. & 187. nu. 1. par. 7. diuers. Bononien. fideicom. de Rubeis 23. May 1644. §. Hincq. pariter euitatur coram R. P. D. meo Corrado.*

Iniustitia verò d. sententiæ ex pluribus patere hodie visa est; quia licet sub 26. Iunij 1641. & 7. Febr. 1642. *coram R. P. D. meo Peutingerio fuerit recessum à d. decis. Lancellotti,* sub prætextu quod tunc ageretur tantum de simplici recognitione d. Instrumẽti, nõ autem de illius substantia; Tamẽ cum verè appareat fundamẽtum huius causę totũ consistere in d. Instrumento ex quo assignatio facta de d. Castro Alphonsinæ fundatur in eodem Instrumento, & dd. decisiones coram R. P. D. meo Peutingerio, & sententia reintegratoria ab eo lata nullo alio fundamẽto nitantur; Ideo Domini declararunt d. sententiam tanquam trahentem originem ab instrumento nõ habente necessaria requisita, imò patiente plures defectus, sicq; non existente in forma probanti esse iniustam, & consequenter executioni non demandandam *Felin. in c. inter cæteras nu. 6. de re iudic. Gratian. discept. forens. cap. 686. nu. 14. Gabr. cons. 28. nu. 6. lib. 2. Corn. cons. 10. col. 2. vol. 4. Put. decis. 398. nu. 2.*

Et quidem Domini censuerunt d. Instrumentum non esse in forma probanti, quia dũ pro parte Serenifs. Margheritæ contra illud fuerunt oppositi plures defectus coram bo. me. Car. Blanchetto sub 7. Febr. 1583 & protestatum quod ostenderetur omnibus Dominis, & inspiceretur in plena Rota, vt apparet ex Sum. Ducis Parmæ *nu. 15.* debebat d. Instrumentum oculis Dominorum subijci, & recognosci ante concessionẽ reintegrationis, ad effectum, vt illius veritas posset dignosci *iuxta text. in c. fin. ibi, Si ea diligenter inspecta &c. ibiq; notat Abb. nu. 2. vers. Nota officium & Felin. sub nu. 11. vers. Et nota tertio extr. de fid. instr. gl. in c. vt veterem in verb. Greci vers. Et hic argumentũ distinct. 9. Bald. in Auth. Sed nouo iure nu. 16. & ibi Barbat. in verb. Quid non C. si cert. pet. Purpurat. cons. 581. num. 14. vers. Et maximè lib. 1. Decian. cons. 24. num. 44. vers. quinto etiam redditur suspecta vol. 1. Roland. cons. 69. num. 59. lib. 3. Caualer. dec. 179. nu. 2. vers. Et ad hoc, & dec. 580. num. 1. & 3. Buratt. decis. 290. nu. 1. & 2. 667. vbi Adden. nu. 12. 389. vbi pariter Adden. nu. 7. ibi, & tam in testibus corã Papa Greg. XV. 184 nu. 17. pa. 6. diuers. Nouarien. bonorum 7. Iunij 1619. coram bo. me. Card. Verospio, & in Calaguritana Iurisdict. 20. May 1637. coram bo. me. Coccino, Romana fideicomm. de Cataneis 25. Febr. 1633. corã eod. Toletana Iurisdict. 10. Decemb. 1620. & 14. eiusd. mensis 1621. coram bo. me. Pirenano. Parmen. Status 10. Aprilis 1502. coram Rubeo, quam recepit Theodos. de Rub. in suis singul. Decis. nu. 2. vers. Scripturæ §. 11. pagin. 95*

Quæ

Quę quidem inſpectio,& recognitio nõ ſolũ ex forma iuris erat neceſſaria,ſed etiam quia pro parte,vt dicebam d. Sereniſs.Margheritæ,vt ex eodem Sum.nu. 15 fuit proteſtatum d.Inſtrumentum non reſtitui,niſi illo prius Dominis oſtẽſo,ac per eos benè inſpecto, vt conſiderat Purpurat.conſ. 581.num.14.verſ. Et maxime lib. 2.R.. dec. 290. nu.11.coram bo.me.Buratto; Vnde cum reintegratio fuerit conceſſa non attenta d.proteſtatione, nec facta tali inſpectione, nulli dubium quin fuerint conſeruata iura dicti Sereniſs. Ducis vti habentis originem ab eadem Margarita proteſtãte Iaſ. in l. non ſolum §.morte nu. 18. ff. de nou. oper. nunc. c. ſollicitudinem de appellat. Mantic. de tacit. & ambig.lib. 11. tit.5.nu. 20.Tiraquell. de retract.in §.1.gl.7.nu.71.Rimin.iun. conſ. 804.nu. 24. & 25.Menoc.conſ 75.nu.69.

Nec vllo modo ſtandũ eſt exemplis,quæ ex aduerſo dicuntur regiſtrata in actis,cũ fides productorũ nõ fuerit a Rota approbata,ſicq;ageretur de illa ſemper firmanda;Vnde liquet non applicari diſpoſitionem l.fin C. de fid. Inſtr. in contrarium allegata: Nam loquitur de ſcriptura ſemel approbata per Iudicem,quia producens illi fidem impoſuerat, vt Iuſtinian. inquit in princ. ibi, Eiq. fidem impoſuerit, ac Rurſus, ibi, An ſufficiat fides iam approbata &c. & notant Bart. in princ. vtrinſque lectura, Bald. in Sum. ac nu. 8.verſ.Quæro Salicet. nu.1. ac cæteri ſcribentes, ſed potius vrget argumentum gloſ. in c. vt veterum verb. Greci verſ. Et eſt hic. diſtinct. 9. ex eod. tex. quod Salicet. vbi aliquod in dubium reuocatur ſemper exhibẽdum ſit illud,à quo originem ducit, non autem eius exemplum quantumuis eſſet authenticum,quo etiã argumento vſa fuit Rota coram Card. Canaler. deciſ. 139. nu. 3.

Nec defectus recognitionis,& inſpectionis tollitur ex aſſ. Inſtrumenti antiquitate, quæ non probatur ex ſola data,præſertim quãdo,vt in hoc caſu veritas ſcripturæ, vel probabilibus rationibus,vel ex facie ipſius ſcripturę,vel aliũdè impugnatur Put.dec.186. nu. 2.lib.3.Gregor:XV.deciſ.393.nu 2.ibiq. Adden.nu.5.Canaler.dec.518.nu.2. Buratt. dec.290. num.8.vbi Adden. litt.C.& in recent.deciſ. 681.num.1.verſ. Et licet ſola data par. 3. & deciſ.687. nu. 10. part.5.& 207.num.2.part.7.diuerſ. Pacen.Cappellania 10. Nouembris 1635.coram bo.me.Merlino,& in Romana fideicom.de Strozzis 17.Februarij 1645.verſ.Primo huiuſmodi &c.coram R. P. D. meo Cerro,& antiquitas ſcripturæ non ſupplet vitia viſibilia,& dum eadem caret ſubſtantialibus,& fruſtra quęritur de recognitione ſcripturæ,dum dubitatur de ſubſtantia,& veritate illius, de qua tamen debet conſtare aliterquam per temporis diuturnitatem Bald. in l.ſiquidem col. fin.C.de except.Gratian.diſcept foren.cap.447.nu.37.& cap. 474.num.18. Dec.conſ.607.nu.17. Rimin.iun conſ.52.nu.19.Rot.dec.393.per tot.& ibi Adden.nu.5.coram Papa Greg.XV. & deciſ.187.nu.10.part.5 diuerſ.d.Rom.fideicom.de Strozzis §. 1. antiquitatem.

Secundo Domini cenſuerunt d.Inſtrumentum non eſſe in forma probanti;quia nullibi apparet de notariatu Io.Franciſci Rocchi de Bracciano,& Ricci de Piſcia;Ad effectũ enim vt inſtrumentum dicatur in forma probanti,debet cõſtare de notariatu Notarij rogati, eiuſq. manus eſt etiam recognoſcenda DD. in c. 1. vbi Felin. nu. 18. de fid. inſtr. Speculat. in tit. de edit. inſtrum. §. reſtat, verſ. Et ſcias, & verſ. Illud autem notandum Ancar. conſ.213. nu.2. & 3.Soccin ſen.conſ.23.num.1. & ſeq. vol. 1. Aym.conſ.72. nu.1. Alex. conſ. 198.nu.1. lib. 7. Rimin.iun. conſ.446.num.24.lib. 1.Oſaſch.deciſ. 117. num.3.& 5.& deciſ.113.nu.12.par.6. diuerſ.Eoque magis Inſtrumentum firmari poteſt non eſſe in forma probanti,quia cũ inſpecto tenore deſcripto in regeſtro,in eius corpore legitur de eo fuiſſe rogatos coniunctim dd.duos Notarios,vt patet ex principio. Ibi,Ioannes Iordanus de Vrſinis in præſentia noſtrorum Notariorum,& paulo poſt Nobis tamẽ Notarijs ſtipulãtibus,& in fine,ibi,Pro quibus omnibus,& ſingulis Idem Ioannes Iordanus nobis eiſdem Notarijs infraſcriptis vnum,vel plura, &c. & clariùs in aſſ.ſubſcriptione,Et quia Ego Frãciſcus Riccius de Piſcia de prædictis omnibus rogatus fui vna cũ Franciſco Roccho de Bracciano Sum.Sereniſs.Ducis n.16. Vtique neceſſario requirebatur quod ambo illud ſubſcripſiſſẽt, tam in eorum protocollis, quam in publicatione §.in his Auth.de inſtr.caut. l.ſi hæredi ff. de condit.Inſtit.

l. ea

l.ea tamen adiectio ff.de legat. 3. l. Si is qui ducenta §. vtrum, vbi Bart. ff. de reb. dub. Alex. in l. quadam §. nihil col. 2. in fin. de eden. Butr. in c. Inter dilectos de fid. instrum. num.27. Bald.in l.si quis §. cogentur in 5. notabil. de eden. & cons.392. vol. 1. Ioan.de Anan.cons.32.num.7.vers.Circa quartum Rimin. Iun. cons.600.num. 10. Corn. cons.243. num.18.lib.3. Alex.cons.124.num.4.lib.7.Gabr.cons.39.nu.2.lib.1.Guidopapa decis.122. num.1.vers.In contrarium.Boer.decis.21.num. 1.& 2.& decis.19. num.1.coram Dunano.

In prætenso autem Instrumento apparet sola subscriptio Riccij, & altera Rocchi dignosci non potest ex verbis vltimi folij carentis sensu perfecto d.Sum.D.Ducis Parmæ *nu.* 8. Et hoc maximè procedit in præsenti casu, in quo d.Instrumētum fuit rogatū Bracciani, qui locus in Vrbis districtu situs reperitur; & in eius statuto antiquo lib.1.cap.191.& in nouo cap.34.eodem lib.1.cauetur, quod quando Instrumētū fuit rogatum a duobus Notarijs, illud ab vtroq; debet subscribi; *Iacob. de Beluis. in §. is Auth.de Instru.caut.& fid. Salicet.in l.Iusiuran.nu.7.vers.Sin autem fit, cum alio de testib. Dec.in c.Quoniam contra num.202.de probat. Bolognin.in addit. ad cons. Ioan. de Anan. 49. in fin. vers. ibi etiam parit. Marescott. var. resolut.c.29.in princ.nu.4. vers. Sed istis non obstat.& cap.106. in princ.nu.13.& seqq.lib.2. Fenzon.ad statut.Vrbis.34.nu.21. lib.1. Alex.cons.124.nu.4.vers.Sed ita est vol.2.Gabr.cons.39. num.1.vers.Ita cum duo, per tot.vol.1.Guidopap.d.decis. 122.nu.1.vers.In contrarium. Put.decis.5.in princ.versic. Quandoq; duo Notarij lib. 1. in correct. Rom.fideicomm. de Vrsinis 25. Ianuarij 1584. coram Orano, & 11. Ianuarij, ac 25. Martij 1585.* quæ duæ posteriores habentur post *Pic.ad Stat.Vrb.in ord.26.& 27. Rot.in Rom.nullitatis donationis 3. Iulij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in eadem 19. Ianuarij 1637. coram R.P.D. meo Royas;* Atque ita cum non fuerit seruata forma à statuto præscripta, d.Instrumētum nullius roboris esse potest, *c.cum dilecta ante fin.& ibi Felin.num.6.vers.gesta contra formam de rescript. Bald. in l. 60. num. 11. C. Quomodo & Iud.& in l.fin.§. si verò ff.de iur.delib. Marescott.var.lib.2.cap.29.nu.4.vers.Sed istis; & infra per tot. Surd. decis. 144.nu. 17. Ariminen.dotis 11. Maij 1620.coram bo: mei Coccino.*

Adminicula verò pōderata in d.decisione 26. Iunij 1641.corā R.P.D.meo Peutingerio in qua fuit responsum esse detrahendum tempus litis non applicantur, dum hic non agitur de simplici recognitione Instrumenti incidēter producti, sed de principali fundamēto, & de illius substātia; Quo casu minimè debet detrahi tempus litis, vt distinguit, & firmat *d. decisio* 822. in qua conciliantur DD. in hac materia discordes *sub nu.1.vers. Domini fuerunt huius sententiæ,& nu. 2. vers. Aut vero.* Et sic d.Instrumentum non potest dici antiquum, quia ab anno 1504. quo illud prætenditur confectū vsq; ad annū 1538. quo fuit mota lis effluxerunt dumtaxat anni 34. qui nullo modo operantur, vt scriptura non egeat formali recognitione, cū ad hunc effectum requiratur lapsus centum annorum *Crauett.de antiq.temp. in princ.nu.1. Menoch.de Arbitr. cas.3.nu.6.& 7.Garz.de benef.p.2.c.2.nu. 265.Guttier.cons.1.nu.5.Soccin.sen.cons.187. nu.10.Alex.cons.101.nu.pariter 16.lib.5.Rot.dec.681.nu.1.in princ. par.3. rec. Adden. coram Papa Greg.XV.dec.389.litt.B.ibi Antiquum, vt dicatur &c.& dec. 389.num.7. coram eod. Put. dec. 146. in princ.lib. 1. Farfen.Territorij 19.Martij 1607. coram b.m. Penio;* Et licet admittantur adminicula, dum agitur de instrumēto saltem 60.vel70. aut 80.annorum *Caputaq. dec.5.nu.3.& 4.lib.3.Seraph.dec.1481.nu.2. ibi partim 60. dec.683.nu.1.* Ibi quod cum agatur de recognoscendis instrumentis &c.*part.3.lib.3. diuers.693.nu.7.in fin.ibi Tamen vbi agitur &c. par.2.rec.& dec.184.nu.6.p.6.diuers.*

Tamen nec tali casu suffragarentur adminicula ponderata in decis.R.P.D.mei Peutingeri, quia præter supradictos defectus probationis alicuius antiquitatis ob non inspectam faciem Instrumenti, & dubitationis illius substantiæ, adminicula in sua specie perfecta non sunt, nec probata, vt esse debent *Rot. in d. Rom. prætensi fideicom.de Strozzio §. Sed vlterius coram R.P.D. meo Cerro.*

Illud enim desumptum ex nobilitate DD. de Vrsinis eliditur ex eadē nobilitate Alphōsinæ, quæ in contractibus datis in Sum. Serenissi. Ducis nu.13. Se gessit vti Dominam

d.Castel-

d.Castri, ac nobilitate pariter Madamę Margheritæ, ac Catherinæ Medices Christianissimæ Reginæ, quæ in concordia eodem *Sum. num. 24.* conuenerunt, quod Castrum remaneret Madamæ, ad eamq. spectaret pleno iure reuersurum certo casu ad ipsam Reginam, eiusq; hæredes pariter pleno iure; vt in terminis firmauit *Rot. in cit. Rom. prætensi fideicomm. de Strozzis §. Quod cum.*

Nec releuat pariter adminiculum desumptum ex instrumento ass. ratificationis Alphonsinæ, & ex alio prætensę ratificationis hæredum Laurentij, & Petri de Medices; quæ supponuntur rogata per eosdem Notarios, & legitimè compulsata ex Archiuio Florentino; Quia ass. ratificatio Alphonsinæ nunquam extracta fuit ex aliquo Archiuio, tantum abest quod fuerit compulsata ex Florentino, vt apparet ex processu compulsoriali.

Altera autem ex eo compulsata non suffragatur, quia cum ex illius sola data non probetur antiqua, & facies non fuerit ostensa Dominis, vt placere dixerunt, vsq; de anno 1595. d.Sum. D. Ducis Parmæ *num. 9.* dici nequit non egere recognitione, tanquam deducatur pro adminiculo.

Ratio autem desumpta ab Archiuio nihil facit, quia fuit erectum post motam litē, videlicet de anno 1569. Sum. d. Serenis. Ducis *nu. 27.* nec etiā constat de tempore quo euenit repositio scripturæ; Nam potuisset esse de anno 1580. quo lis instaurata fuit coram bo: mem. Blanchetto, & amplius postquā Rota dixerat iura non esse in forma probanti *Caputaq. dec. 41. n. 4. p. 1. cum alijs relatis per Adden. ad Buratt. dec. 667. n. 19.*

Accedit quod ass. protocollum non est tantum forma rite, imò illius plures defectus adnotarunt Compulsores *d. Sum. num. 26.* Archiuium autem non supplet imperfectionem scripturæ *Caputaq. d. dec. nu. 2. & 3. Adden. ad d. dec. Buratt. 667. num. 18.*

Neque potest firmari d. Instrumentum esse in forma probāti sub prætextu illius obseruantiæ, quæ tribuit robur etiam scripturis informibus *l. 1. C. de fid. instr. l. si veritas C. eod. tit. Roman. cons. 222. Dubitabatur nu. 2. Bald. cons. 402. in fin. num. 9. lib. 5. Grat. discep. forens. c. 429 nu. 17. 468. nu. 8. & 577. nu. 34. Seraph. dec. 928 nu. 1. & in rec. 980. nu. 5. 482. nu. 3. vers. Maximè par. 1. 393. nu. 8. vers. Nam qua ratione p. 3. Adden. ad dec. 469. lit. B. coram Papa Greg. XV. Coccin. dec. 358. nu. 7.* & in præsenti talis obseruantia desumitur ex quo DD. de Vrsini recuperauerint alia bona assignata DD. de Medices.

Quia dato etiam quod esset probata talis obseruantia; ista tamen non posset mutare substantiā, seu qualitatem scripturæ, & facere quod scriptura informis, & minus solemnis haberi debeat pro authentica, & in forma probati, vt benè aduertit, & firmat *d. dec. 469. nu. 5. Ibi, Non tamen possunt &c.* Sed neq. etiam constat de huiusmodi obseruantia, quia non fuit ex aduerso probatum DD. de Medices possedisse prædicta bona, & quidem per totū annum 1592. quo fuisset completa satisfactio, vt in Sum. D. Ducis Parmæ *nu. 33.* Imo potius contrarium probatur, vnde sicut obseruantia auget fidem scripturis informibus, Ita etiam inobseruantia eadem ratione minuere debet fidem huius instrumenti, vt contrariorum eadem sit disciplina *ad not. in l. Etsi contra ff. de vulg. & pupill. l. fin. C. de legat. 3. Oldrad. cons. 105. n. 1. & 2. Rot. dec. 472. n. 7. & 8. vers. Ideoq; & vers. quin etiam coram Buratto in recent. decis. 703. n. 8. ibi, Eademq; ratione p. 2. & decis. 224. nu. 22. vers. Sed quod tollit par. 6. diuers. d. Rom. prætensi fideicom. de Strozzis coram R. P. D. meo Cerro §. Et in hanc.*

Pro inobseruantia etiam d. Instrumenti vrget inuerisimilitudo, cum nō sit creden. quod DD. de Medices in defalcatione eorū crediti liquidi ducat. 63936. voluerint recipere annuos redditus ducat. 520. super alijs Castris eisdē assignatis. Alphonsina verò pro suo credito scut. 25000. contenta fuerit recipere ducatos 480. Particularis enim, & minutata solutio multa affert incommoda *text. in l. Lucius ff. de vsur. & in l. Planè vbi gl. in verb. non nunima ff. famil. ercisc. & l. Tutor §. Lucius ff. de vsur. & l. quidam existimauerunt ff. si cert. pet. Menoch. cons. 457. num. 7. Afflict. decis. 13. num. 2. & dec. 244. num. 8. part. 6. diuers. & in recent. decis. 447. num. 21. part. 9. tom. 3. Sard. decis. 186. nu. 2.*

Non obstat quod per Ducē Parmæ nō possit allegari inobseruātia cōtractus cū DD. de Medices, cū hoc sit dare de iure tertij, vt inquit *Altogr. alios allegans in suo cons. 1. n. 31.*

Quia

Quia cum D.Dux Parmæ sit reus,& possessor,ad tuendam suam possessionē huiusmodi ius benè potuit allegare *Castr. in l.fin. num. 12. vers. Intellige C. de adict. Diu. Adr. toll. Alex. ibid. nu. 23. circa finem Surd. cons. 415. num. 16. Gratian. discept. forens. cap. 155. nu. 24. & 26. vers. Cessante igitur Thesaur. dec. 4. nu. 1. Rot. decis. 97. num. 3. coram Duran. & 415. num. 4. coram Papa Greg. XV. Rom. Saluiani 12. Febr. 1619. coram bo. mem. Cardin. Virili, & in alia simili 4. Iulij 1640. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Tertia etiam elicitur nullitas d.Instrumenti assignationis, quæ cum legatur facta d. Alphonsinæ absenti, vt apparet ex tenore eiusdem instrumenti, ibi *Dedit, cessit, &c.* ipsis creditoribus,& cuilibet ipsorum respectiuè vt infra absentibus tāquā præsentibus &c. non substinentur, cum interuenerit illius consensus, vel alterius pro ea recipientis, *l. absenti, & ibi Bart. ff. de donat. l. consensu ff. de Action. & obligat. cap. si tibi absenti de præben. in 6. Tiraquel. in l. si vnquam vers. libertis nu. 80. C. de reuoc. donat. Alex. cons. 168. num. 14. lib. 5 Rimin. iun. cons. 556. nu. 93. Bald. cons. 349. num. 3. lib. 1. & cons. 176. post med. vers. Item quia lib. 2. Boer. decis. 353. num. 3.*

Nec aliqua ratificatio d.Alphonsinæ potest desumi ex verbis imperfectis, quæ leguntur in d. folio non integro d. Instrumenti, ibi *Io Alphonsina,* quia nihil certi continent, cum deducantur ex d. folio in parte substantiali deficiente *Bart. in l. 1. §. si Rota nu. 3. & ibid. gloss. in verb. Muneribus in fin. ff. de bon. possess. secund. Tabul. l. 1. ff. de fid. instr. Imol. in l. 1. num. 7. circa med. vers. Vnde secus, ff. de his quæ delent. in testam. Suarez post rem iudic. Anton. Gomez in l. 45. Tauri nu. 145.* Regulariter enim ratificatio non potest elici ex actu æquiuoco, cum ratificatio requirat perfectam scientiam actus, qui ratificationem postulat *l. decem ff. locat. l. cum duo ff. de in diem addict. l. Quidam relegatus, vbi Castr. & Soccin. ff. de verb. dub. Gratian. discept. forens. cap. 768. num. 11. Surd. cons. 328. num. 28. in princ. Menoch. cons. 203. num. 37. Aym. cons. 204. num. 14. Ruin. cons. 91. num. 9. & 10. vol. 1. Bursat. cons. 118. num. 819.*

Nec ad effectum vt sit in locus executioni d. sententiæ vigore constitutionis Egidianæ suffragatur exhibitio transumpti d. Instrumenti vltimo loco facta pro parte D. Ducis Bracciani.

Quia locus esse non potest executioni d. sententiæ, præsertim vigore huiusmodi constitutionis, nisi illa iustificata remaneat ex eisdem actis, non autem ex iuribus postea exhibitis, quale est transumptum post d. sententiam exhibitū *Monac. in c. Venerabili sub num. 2. de sentent. excommunic. Corn. cons. 10. nu. 2. propè fin. vers. Non autem lib. 4. Card. Seraph. decis. 279. nu. 5. vers. Nam si ad officium, & decis. 377. num. 10. vers. Quibus stantibus Burat. decis. 630. nu. 2. Coccin. decis. 73. num. pariter 2. & decis. 89. eod. num. 2. post Mangil. de subhast. & ita resolutum in causa Ciuitatis Castelli spolij 23. Ianuarij 1593. coram bo. mem. Orano in rec. dec. 28. par. 1. & in Bononien. fideicom. de Rubeis 23. Maij 1644. §. Nec releuant cessiones coram R. P. D. meo Corrado.* Quæ conclusio eo magis procedit in præsenti casu, dum huiusmodi transumptum desumptum fuit ex d. Archiuio Florentino die 8. Aprilis 1583. lite pendente, & sine citatione partis, sicut tunc fuit leuatum alterum prætensæ ratificationis DD. de Medices, de cuius validitate quia DD. de illo tempore valdè dubitarunt, ideo ordinarunt vt produceretur illius originale quatenus posset, sin minus darētur cōpulsoriales cum clausulis opportunis d. Sum. Ducis Parmæ *nu. 9.* Et per consequens si istud etiam tunc temporis fuisset exhibitum, vtiq; pariter ijdem mandassent quod ipsum originale exhiberetur stantibus manifestis erroribus, atq; alijs defectibus per Notarium commissis in Instrumento transumpto, & exhibito de d. anno 1583. *l. Iubemus, & ibi glos. in verb. Suspectus C. de probat. & l. fin. iuncta gl. in verb. Scriptura C. ad l. Cornel. de falsis. Nat. cons. 633. n. 12. & 17. Ruin. cons. 35. nu. 10. tom. 4. Rimin. iun. cons. 554. num. 13. Paris. cons. 57. nu. 36. p. 4. Surd. cons. 173. nu. 21. Osasc. decis. 117. nu. 11.* Et esset valdè inconueniens quod magis esset credendum transumpto quam originali, *Felin. in c. cum P. Tabellio in fin. de fid. Instr. Honded. cons. 66. num. 101. ibi consumptum lib. 1. Roland. cons. 32. num. 26. lib. 2. & cons. 26. nu. 11. lib. 3. Menoch. de adipisc. remed. 4. nu. 702.* Ideoq; dum primum transum-


ptum



DECISIO
S. ROTÆ ROMANÆ
Coram R. P. D.
MELTIO
IN CAVSA
Tiburtina Castri S. Angeli.


Luna 18. Iunij 1646.





ROMAE, Ex Typographia Reu. Cam. Apost. M.DC.XLVII.
Deinde PARMAE, Ex Typographia Erasmi de Viothis.
M. DC. LIV.

Superiorum Permissu.

ASTRVM, de quo agitur possederunt Alphonsina Medicea, alijq; DD. de Medices, & subindè Alexander Dux Florentiæ, ac Hippolitus Card. Medices, quo defuncto anno 1538. DD. Franciscus, & Hieronymus fratres de Vrsinis d. Castri possessionem inuaserunt Summario Serenis. D. Ducis Parmæ *num.* 1.

Orta igitur controuersia inter d. Alexandrũ, & prędictos fratres de Vrsinis fel. rec. Paulus III. ad euitanda scandala possessionem eiusdem Castri ad se auocauit, causamq; commissa ad sibi referendum celeberrimo Iurisconsulto Petro Paulo Parisio tunc A. C. & mox defuncto d. Alexandro Duce, Madama Margarita ab Austria eius Vxor relicta prosequuta est litem pro suis iuribus dotalibus, & ad relationem d. Parisij obtinuit ab ipso Paulo III. Sententiam fauorabilem in possessorio, imposito DD. de Vrsinis perpetuo silentio, ac reseruato iure cuilibet partium impossterum prosequendi super proprietate Sum. D. Ducis Parmæ *num.* 2.


Ab indè citra nempè ab anno 1539. siluit causa, donec Paulus Iordanus senior de Vrsinis obtinuit de anno 1580. committi bo. me. Blanchetto causam restitutionis, ac recuperationis eiusdem Castri, & anno 1581. ad fundandam eius intentionem fuit productum quoddam sumptum, quo dicebatur sub die 10. Maij 1504. Ioannem Iordanum patrẽ Hieronymi dedisse insolutum, & in defalcationem debiti ascendentis ad ducat. 63936. Hæredibus DD. Petri, & Laurentij de Medices fructus Castri Cæsani, ac Ferreriæ loci Galeriæ taxatos in ducatis 520. Alphonsinæ verò Mediceæ creditrici ducatorum 25000. redditus dicti Castri S. Angeli calculatos ad rationem ducatorum 480. quolibet anno, eandemq; Alphonsinam huiusmodi dationem postmodum ratificasse; Sumptum autem erat subscriptum ab Antonio Roccho de Bracciano, asserente se ita inuenisse in notis, & rogitibus q. Io: Francisci sui Patris Sum. Excellentissimi D. Ducis Bracciani secundæ positionis *num.* 4.

De Anno 1582. coram d. bo. me. Blanchetto fuit dubitatum, An d. sumptum esset in forma probanti, & sub die 19. Martij eiusdem anni, vt apparet ex Sum. d. Serenis. D. Ducis Parmæ *num.* 3. fuit resolutum, quod in primis, & ante omnia exhiberetur originale, quo exhibito, & post emissam protestationem ad instantiam Madamæ Margheritæ super illius ocularibus defectibus per eumdem Blanchettum consignato Notario causæ cum ordine diligenter retinendi, & parti non restituendi, donec aliter fuerit ordinatum d. Sum. *num.* 5. Disputatum fuit, An iura ex aduerso producta, quorum originalia ostendantur Dominis, & afferãtur in Rota essent in forma probanti, Et sub die 15. Nouembris 1582. *d. Sum. num.* 6. coram Lancellotto, vti subrogato in locum Blanchetti, fuit responsum non esse in forma probanti, adeo ut Dominis visum etiam fuerit ex parte DD. de Vrsinis petentium dilationem ad proban. iura esse authentica, fateri ex iis, quæ erant in actis eorum intentionẽ non esse fundatã.

Produxerunt igitur DD. Vrsini de anno 1583. aliam scripturã continentem prædictã assignationem, quæ dicebatur rogata, & subscripta per Franciscum Riccium de Piscia, & in vltimo folio rupto dicebatur extare etiam subscriptio prædicti Io: Francisci Rocchi, & post huiusmodi productionem siluerunt vsque ad annum 1595.

Quo anno ex parte D. Virginij Vrsini fuit exhibita quarta scriptura continens prætensã ratificationem factam de anno 1504. à filijs Petri de Medices, quæ licet assereretur rogata in Vrbe a d. Notario de Bracciano, & Francisco de Piscia, nec reperiretur in aliquo Archiuio ipsius Vrbis, dicebatur reperta in Archiuio Florentino, & exinde extracta anno 1583. At Rota resoluit originale esse transportandum ad Curiam, & quatenus id non posset assequi fore decernendas litteras compulsoriales cum omnibus cautelis opportunis *d. Sum. num.* 9.

Verum quia transportatio obtineri nõ potuit, expedita proindè compulsoria, & delato ad Vrbem processu, fuit postea dubitatum die 2. Iunij 1587. An scriptura producta anno 1583. esset in forma probanti, & Domini ordinarũt videri, An ad effectũ recognitionis esset demendũ tempus litis motæ, Quo dubio proposito pro maiori parte



Dominorum coram eodem Cardinali Lancellotto sub die 12. Ianuarij 1592. affirmatiuè fuit responsum, *vt apparet ex decis.822 part.4. d. vers.*

Reassumpta deinde disputatione de anno 1640.coram R.P.D. meo Peutingerio contra Serenis. Odoardum præsentem Ducem Parmæ, & proposito eodem dubio sub 26.Iunij 1641.& 7.Februarij 1642.Domini recesserunt à d. decis.822.

Sub die verò 12.Maij 1642.coram eodem R.P.D.meo Peutingerio fuit etiam dubitatũ. An d.Instrumentum rogatum de anno 1504.esset in forma probanti,& informante tantùm eodem Excellentis.D.Duce Bracciani, affirmatiuè fuit responsum; Posteà verò idem Dux Bracciani obtinuit disputari dubium, An ipsi esset dandã reintegratio,& sub 27.Iunij 1642.affirmatiuam pariter DD.fuerunt amplecti resolutionem,& in eiusdem D. Ducis Bracciani fauorem fuit deindè relaxatum, & expeditum mandatum de reintegrando.Commissa postmodum mihi causa appellationis à sententia reintegrationis cum clausula *Consito de re indicata*, vel quod alias executioni locus sit,& sub hac die proposito dubio iuxta formam d. commissionis, quoad vtramque partem fuit per Dominos negatiuè responsum.

Regulare namq. est sententiam nullam,& iniustã non transire in iudicatum *l.si expressim, vbi gl.Bart.& alij ff.de appell. Abb. in c.Inter cæteras de re indic. Menoch.de Arbitr. lib.2.cas.484.num.8.& de præsumpt.lib.1.præsumpt.79.nu.4.Rimin.iun.cons.699.n.20. Surd.cons.61.nu.53.Mandell.cons.776.nu. 20. vers. & ridiculũ est dicere, Mart.cons.41. nu.12.Rot.dec.339.nu.1.coram Papa Greg.XV.* Nec esse executioni demandandam. *l.si cum nulla ff. de re indic. l. 2. C. de adict. diu. Adrian.toll.Bart.in l.1.C. de execut. rei indic.Bald.in Auth.quæ supplicatio C.de precib.Imper.offeren. Mandell.cons.766. nu.6. Surd.cons.99.num.19.Altograd.cons.99.num.29.Rot:decis.689.num.2.vers.Meritò igitur par.1.& decis.500.nu.5.in fin.part.4.recent.*

Nullitas autem patet,quia d.Sententia fuit lata absq; citatione,sine qua nõ sustinetur, *l.1.§.Item cum ex adicto ff.quæ sent.sin.appell.rescind. gl. in Clementina sæpè verb. Ad id de verb.signif. Vant. de nullit. tit. de nullit. sent. ex defect. citat. num. 2. & 9. Mandell. cons.192.num.2.ibi Primum est,& d.cons.776.nu.4. ibi Vnde secundo Menoch.cons.345. nu.13.* ibi Est autem nullitas hæc omnium præcipua; *Rot.decis.8.nu.1.& dec.163.nu. pariter 1.coram Reuerendiss.Vrgellen.& 474. eod.nu.1. ibi*, quia ex defectu citationis &c.*part.2.recent. Mutinen. bonorum 28.Iunij 1638.coram R.P.D.meo Rojas*; Nec talis citatio præsumitur,nisi concludenter probetur,*vt per Abb.in c. Tenor col.penult. de re indic.& cons.92.contra sententiam vol.1.Mandell.d.cons.192.num.2.* ibi *Citatio autem &c.*Et ideo talis sententia non potest nocere eidem Serenis. Duci vti non citato *l.de vno quoq; vbi gl.& DD.ff.de re indic. Clem. sæpè vbi etiam glos.de verb. signif.Surd. cons.189.nu.28.*Ibi qui non fuit citatus &c.*Rot. decis.185.num.21. coram d.Vrgellen. & decis. 759.num.1.vers. Et ideo cessabant &c.par.2. recent.*

Non obstat quod D.Dux Parmæ fuerit citatus per cõtradictas,& ideo sustineri videatur huiusmodi sententia, maximè cum prius fuisset citatus Mangellus eius Procurator, cuius mandatum procuræ licet fuerit postea reuocatum, nec constitutus fuerit alter procurator,nihilominus procedi potuisse videtur per cõtradictas *Vestr.in prax. lib.4. cap. 5. num. 5. Vant. de nullit.ex defect.citat.nu.14.Rot. in Mediolanen.pensionis 31. Ianuarij præteriti coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Quia citatio per contradictas tunc facit citatũ verum contumacem,&non fictum,quãdo præcessit citatio personalis,vel alia legitima per ædictum *Vant.de nullit.ex defect. citat.nu. 91. vers. Erit tamen aduertendum.Scacc.de appell q.12.n.16.Rot.dec.2.& 16. de dol.&contumac.& 22. post med.de appell.in nou.& dec.46.eod.tit.in antiq.55.nu.2. par. 1. diuers. Volaterana Prioratus 15. Decemb. 1638.coram R.P.D.meo Bichio*;Vnde cum D.Dux Parmæ non fuerit personaliter citatus,nec legitimè per ædictum,vtique nec etiam verus cõtumax dici potest *iuxta dec. 12. de dol.& contum.in antiq.& dec.6. eod.tit. in nou.*Sicq. non potuit contra ipsum per contradictas procedi *Castr.in l.Peremptorium 68. nu.6.de indic. Felin.in c.Quoniã frequenter,§.porrò nu. 20.vers.& dicis &c.*

Vestr.

vestr.in prax.lib.1.cap.2.in fin.nu.4. Scacc. de appell. q.12.num.16 ibi, *Quia alias citatio &c.& alij relati per Vbert.de citat.tom.1.c.7.num.312. post med. vers. Ideoq; ac nu.337. vers.Sed huic fundam & tom.2.cap.11. num. 410, Compostellana Parochialis 16. Decemb.1596. coram Orano, Caputaq; dec.107.nu.4.par.1. Seraph.dec.972.nu.4.1100. nu.5.& 1226.nu.4.& dec.240.nu.11.par.5.104.nu.24.& 25.par.6.diuers.94.nu.3.in fin. coram Durano 430.nu.1.& ibi Adden nu.5.coram Papa Greg. XV. Meleuitana hareditatis 26. Ianuarij 1637. vers. Neq; obstare coram Eminentiss. D. Cardin. Panzirolo. Licien legati 1.Iunij 1640.vers. Nec similiter coram bo. me. Pirouano, & in Ariminen. fideicom.21.Iunij 1641. coram R.P.D. meo Cerro.* Neq; etiam constat de re iudicata, quia Serenis.D.Duci ab ea sententia per contradictas lata à die habitæ notitiæ benè licuit appellare, prout appellauit, vt apparet ex eius *Sum.nu.11. Clement. vnica de dol.& contum.& ibi gl.Imol.nu.14 Abb.nu.6.Ancar.nu.11.Felin.in c.ad consultationem col,13. vers.considera duas conclusiones de appellat. Scacc. eod. tract.lib.3.cap.2.q.12. nu.16. & 18.ibi tamen Rota de aquitate,&c.Vant.de nullit.sent.ex defect.citat, nu.91. vers.Erit tamen aduertendum* ibi, *Et propterea &c. Dec. cons.34. col.2.in princip.lib.1. Rot.decis.190.nu.4.248. nu.5.post Modern.Perus.de manut.55.nu.2.par.1. diu.Meleuitana Commenda 20. Iunij 1639. coram R.P.D. meo Royas, & in Valentina Beneficij 12.Maij 1642.coram Reuerendiss.D. meo Praside Vallisoletano,* Cum ab illa die scientiæ tantum decendium currere incipiat *gl.in auth.Hodiè verbo à sententia C. de appell. Rebuff.in tract.pariter de appell. in præfat.nu.69. & art.1.gl.1.num.3.tom.3.fol.480.& 482.Scac.eod.tit d.q.12.nu.7.vers.Primo quia Rot.dec.734.nu.2.in princ.par.3.rec.*

Si verò inspiciatur citatio exequuta sub 3. Iunij 1642. contra d. Mangellum, nec etiam illius vigore potest sustineri d. sententia, quia licet Mangellus haberet mandatũ generale eiusdem Serenis.Ducis, tamen cum ex eius *Sum. nu.* 13. appareat illud fuisse reuocatum in Ciuitate Parmæ die 12. August. 1641. & instrumentum reuocationis productum per acta Brunori sub 27. eiusdem, ac illius reuocationem fuisse notificatã eidem Excellentiss. D. Duci Bracciani, vt ex eodem *Sum.num.*14. cum protestatione eiusdem Mangelli se nunquam in hac causa fuisse constitutum Procuratorem in die cadentis citationis D.Ducis Bracciani ad terminos substantiales Sum.D.Ducis Parmæ *nu.* 14. hoc quidem sufficit ad inducendã huiusmodi reuocationis scientiã *Imol. in Clem.Causam num.11.de elect.c. concertationis in verb.sciuerit de appell.in 6. Ias.in l. qui Roma §.duo fratres nu.68.de verb. oblig. Castr.cons.361.num.6.vers.Preterea lib.1. Cephal.cons.720.num.9.*ibi *Quando sibi &c.Menoch.cons.246.num.47.& seq.Rot.in Legionen. Canonicatus 9. Iunij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano;* Vnde quicquid fuit gestum cum d.Mangello post d. reuocationem ad partis notitiam deductã, fuit ipso iure nullum, & non attendendum, tãquam factum cũ non legitimo, & vero procuratore, quia processit reuocatio *gl.in c. mandatum 13. verb. à Domino reuocato ante med.vers. Si vero de procurat. Abb.ibid.num.5. post med.vers. Sed placet,& in c.in nostra nu.6.vers.Sed in contrarium eod.tit. Felin.in c.ex parte Decani 33.nu. 24.post med.vers. Sed D.Abbas de rescript.Gratian.discept.forens cap.478.nu.7. Vant. de nullit. ex defect. mand.sub nu.162.vers.Si reuocatio, Mantic.de tacit.& ambig. lib.7.tit.21. num.24. Castr. cons.158.ad med.vers.Sunt & alij lib.1.Rot.dec.2.nu.1.& 2.de procur.in nou.1275.n.6. coram Card.Seraph.*licet ad effectum nullitatis sententiæ sufficeret, quod talis reuocatio deuenisset ad notitiam iudicis *l.licet de procurat.Bart.in l. 1.nu.11. de satisd. Bald. in l. si procuratorem vers. Quaero 1.ff de procurat.Mantic.de tacit.& ambig.lib.7.tit.21. nu.25.* Ex quod igitur d.sententia fuit lata contra non legitimè procuratorem quàmuis Dominus non appellasset, potest tamen vsq; ad mille annos dicere de illius nullitate *Bald.in l.ei qui non procurauerit C. si ex fals. instr.vers. Quaero numquid Dominus l.ex indictio C.ad l.Cornel.de fals. idem Bald.in l. 2. C.de legit. hared. Alex.cons.191.Prospecto instr.num.6.lib.6.Mantic.de tacit.& ambig. d.lib.7. tit.11.num.13.circa finem.*

Nec releuat quod talis reuocatio mandati procuræ fieri non potuerit in præiudicium D.Ducis Bracciani, qui procuratorem posteà reuocatum cœperat citare, *Castr. in l.*

Quæ omnia 25. nu. 1. ad med. ff. de procurat. Mohedan. decis. 4. numer. 2. eod. tit. Burat. decis. 723. num. 1.

Quia cum appareat talem reuocationem fuisse factã re integra, & tempore quo d. Mãgellus d. mãdato generali nunquam vsus fuit, nec illud vnquã produxerit in hac causa, benè talis reuocatio potuit fieri, & sustinetur *iuxta gl. in c. Quamuis in verb. reuocati vers. Si autem de mandat. procur. in 6. Ioan. de Anan. cons 25. vers. Secundò præmitto Mantic. de tacit. & ambig. d. lib. 7. tit. 21. nu. 4.* Eoq; magis quia huiusmodi reuocatio fuit facta ante sententiam, & per eumdem Mangellum fuit acceptata, & producta, quapropter isto casu nec etiã requirebatur intimatio, vt inquit *idē Ioan. de Anan. cons. 25. nu. 2. post med. Adden. ad Burat. decis. 723. nu. 18.* Vnde cum talis reuocatio per annũ ante facta fuerit parti notificata in termino citationis superiùs relatæ, actus indè gesti cum eodē Mangello fuerunt nulli *iuxta gl. in c. mandato 13. sub vers. A Domino reuocato vers. Si verò reuocatio de procurat. Vant. de nullit. ex defectu inhabil. nu. 162. Gratian. d. cap. 478. eodem num. 7. Seraph. decis. 1276. num. 6. Adden. ad Greg. decis. 548. nu. 14. vers. Sicut etiam.*

Quod autē de tempore reuocationis res esset integra, nec lis cum d. Mangello esset contestata patet, dum de illo tempore nulli actus iudiciales fuerunt facti per d. Mangellum: Nam licet in personam ipsius Mangelli reperiatur adnotatus actus reportationis regestri, tamen talis actus non dicitur iudicialis, sicut nec actus informandi *Rota decis. 76. nu. 4. lib. 3. p. 3. 104. nu. 44. par. 6. diuers. relati per Post. de manut. obser. 86. nu. 11. & per Ubert. de citat. tom. 3. c. 13. nu. 364. vers. Non enim sufficeret.* Nec etiam citatio facta eidē Mangello ad vidēn. describi fructus poterat impedire talem reuocationem, quia cũ talis citatio non fuerit reproducta a persona legitima, nihil poterat operari *Felin. in c. Quoniam contra nu. 6. de probat. Vant. de nullit. ex defect. cit. nu. 146. Gratian. discept. forens. cap. 639. nu. 1. Osasch. cons. 13. nu. 55. lib. 1. Paris. cons. 32. nu. 11. & seq. par. 3. Purpurat. cons. 227. nu. 8. lib. 1. Corn. cons. 332. nu. 5. vers. Quod & demonstratur vol. 1.* Vltra quod talis descriptio nõ spectat ad merita causę, quę pariter talē reuocationem non poterat impedire *Abb. in c. Auditis nu. 2. de procur.* Et dum dictus Mangellus ante talem reuocationem nunquam in causa comparuit, ex hoc euidenter colligitur ipsum noluisse litem contestari *Boer. inter singul. Doct. in verb. litis contestatio num. 1. fol. 373. Bart. in l. vnica nu. 9. in fin. & ibid. Salicet. nu. 2. vers. Quæro secundò, C. de lit. contest. Corn. cons. 109. nu. 21. in fin. lib. 2. Rimin. iun. cons. 666. nu. 53. lib. 6. Rot. dec. 104. nu. 21. par. 6. diuers.* Et insuper cum Camera tunc temporis occuparet bona, & iura Ducis Parmæ, nec fuerit citatus Procurator fiscalis, de cuius interesse agebatur, nullitas d. sententiæ non potest euitari, vt in terminis firmauit *Rota in Ferrarien. Archipresbyteratus 16. Iunij 1628. coram bon. mem. Coccino in ordine apud Modern. Perus. de manut. 238. nu. 26. Seraph. decis. 1395. nu. 7. vers. Nec fuit citatus, & in Cæsar augustana distributionis 16. Ianuarij 1623. coram bo. me. Remboldo.*

Non obstat quod instrumentum talis reuocationis nõ fuerit in actis productũ, quia vt dicebam; cum d. Mangellus numquã fuerit vsus d. mandato generali, nec illud parti, nec iudici notificauerit, potuit etiã prætermitti productio talis reuocationis *gl. in c. Quamuis verb. reuocari de procurat. in 6. Felin. in d. c. Ex parte Decani num. 18. vers. Fallit. 5. Io. de Anan. d. cons. 25. nu. 2. vers. His tamen. & Bologn. in addit. ad eundē Ioan. sub nu. 8. post med. sub vers. Nam in casu isto &c. Rot. decis. 2. num. 3. ibi Si verò non est certificatus de procurat. in nou.* Sed prorsus remouetur tale obiectum, dum huiusmodi reuocatio fuit producta per acta Brunori, vt superiùs dicebã, per cuius acta, tunc agebatur causa locorũ mõtium, & notificata parti productio talis reuocationis cum die, mense, anno, & Notario, quod quidem sufficit ad effectũ, vt dicatur peruenisse ad notitiam dicti citati *Castr. cons. 361. nu. 6. circa fin. vers. Sed quod perueniat ad notitiam vol. 1. Couar. pract. cap. 9. n. 8. in fin. 2. conclus. Rot. in Legionen. Canonicatus 9. Iunij 1623. coram Reuerendiss. D. meo Decano;* Et ad effectum vt notitia reuocationis dicatur peruenisse ad alterum, nempe Iudicem, vel partem sufficit qualiscumque no-

titia

titia *Couar. tract. quaest. loc. cit. Buratt. decis. 723. & ibi Adden. numer. 16. & 18.*

Deputatio vero facta à Serenifs. Madama Matre, & Tutrice D. Ducis cum mandato generali in personam Bartholomæi Sacchi cum facultate substituendi, qui deinde obijt nihil releuat ad effectum procedendi per contradictas: Nam vltra quod in actis non constat de tali mandato, nec obitu, nec ille Sacchus in hac causa vnquã fuit exaduerso citatus, nec ipse vti talis comparuit, vt apparet ex reuolutione actorum, simplexq; receptio extraiudicialis regestri nõ suffragatur ad hunc effectum ex suprafirmatis; Et cum nihil fuerit actũ in causa tempore Serenis. Ducis Odoardi, nisi in fine anni 1641. citato Mangello, nõ facit quod priùs comparuerint Procuratores Margheritę, & Ducum Alexandri, & Raynutij, maximè quia D. Dux Odoardus fuit citatus non vti successor, & hæres, sed tanquam principalis, & sic pariter erat necessaria citatio personalis, vt inquit *Salust. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 15. nu. 1. & 2. Lancell. de attent. par. 3. c. 27. nu. 29. & 30. Rot. in Imolen. pecuniaria 16. Iunij 1606. coram Penia.*

Cessat pariter quod talis sententia fuerit lata in possessorio reintegrandæ, ideoq; intrare videatur Egidiana *Rot. decis. 51. nu. 1. par. 1. & dec. 305. num. 10. part. 6. diuers.* Quia eo ipso quod sententia est nulla, & iniusta nõ est locus Egidianæ, cum ista semper intelligatur de sententijs iustis, & validis *Bald. in l. vnica nu. 4. ad med. C. si de momeat. poss. ibi Contrad. q. 16. in fin. nu. 7. & 8. Gratian. discept. forens. cap. 494. nu. 1. Rot. in Rom. Iolij 2. Iunij coram bo. me. Cardinali Verospio in ordine 68. numer. 1. penes Pacific. de Salaian. & decis. 98. nu. 5. apud eundem 391. nu. 6. par. 2. recent. Mantic. dec. 33. num. 2. & 11. & 187. nu. 1. par. 7. diuers. Bononien. fideicom. de Rubeis 23. May 1644. §. Hincq. pariter euitatur coram R. P. D. meo Corrado.*

Iniustitia verò d. sentẽtiæ ex pluribus patere hodie visa est, quia licet sub 26. Iunij 1641. & 7. Febr. 1642. *coram R. P. D. meo Peutingerio fuerit recessum à d. decis. Lancellotti,* sub prætextu quod tunc ageretur tantum de simplici recognitione d. Instrumẽti, nõ autem de illius substantia; Tamẽ cum verè appareat fundamẽtum huius causę totũ consistere in d. Instrumento ex quo assignatio facta de d. Castro Alphonsinæ fundatur in eodem Instrumento, & dd. decisiones coram R. P. D. meo Peutingerio, & sententia reintegratoria ab eo lata nullo alio fundamẽto nitantur; Ideo Domini declararunt d. sententiam tanquam trahentem originem ab instrumento nõ habente necessaria requisita, imò patiente plures defectus, sicq; non existente in forma probanti esse iniustam, & consequenter executioni non demandandam *Felin. in c. inter cæteras nu. 6. de re iudic. Gratian. discept. forens. cap. 686. nu. 14. Gabr. cons. 28. nu. 6. lib. 2. Corn. cons. 10. col. 2. vol. 4. Put. decis. 398. nu. 2.*

Et quidem Domini censuerunt d. Instrumentum non esse in forma probanti, quia dũ pro parte Serenis. Margheritæ contra illud fuerunt oppositi plures defectus coram bo. me. Car. Blanchetto sub 7. Febr. 1583 & protestatum quod ostenderetur omnibus Dominis, & inspiceretur in plena Rota, vt apparet ex Sum. Ducis Parmæ *nu. 15.* debebat d. Instrumentum oculis Dominorum subijci, & recognosci ante concessionẽ reintegrationis, ad effectum, vt illius veritas posset dignosci *iuxta text. in c. fin. ibi, si ea diligenter inspecta &c. ibiq; notat Abb. nu. 2. vers. Nota officium & Felin. sub nu. 11. vers. Et nota tertio extr. de fid. instr. gl. in c. vt veterem in verb. Greci vers. Et hic argumentũ distinct. 9. Bald. in Auth. Sed nouo iure nu. 16. & ibi Barbat. in verb. Quid non C. si cert. pet. Purpurat. cons. 381. num. 14. vers. Et maximè lib. 2. Decian. cons. 24. num. 44. vers. quinto etiam redditur suspecta vol. 1. Roland. cons. 69. num. 59. lib. 3. Caualer. dec. 179. nu. 2. vers. Et ad hoc, & dec. 580. num. 1. & 3. Buratt. decis. 290. nu. 1. & 2. 667. vbi Adden. nu. 12. 389. vbi pariter Adden. nu. 7. ibi, & tam in testibus corã Papa Greg. XV. 184 nu. 17. pa. 6. diuers. Nouarien. bonorum 7. Iunij 1619. coram bo. me. Card. Verospio, & in Calagurisana Iurisdict. 20. May 1637. coram bo. me. Coccino, Romana fideicomm. de Cataneis 25. Febr. 1633. corã eod. Toletana Iurisdict. 10. Decemb. 1620. & 14. eiusd. mensis 1621. coram bo. me. Pirouano, Parmen. Status 10. Aprilis 1502. coram Bubeo, quam recepit Theodos. de Ricc. in suis singul. Decl. nu. 2. vers. Scripture §. 11. pagin. 55*

Quæ

Quæ quidem inspectio,& recognitio nõ solũ ex forma iuris erat necessaria,sed etiam quia pro parte,vt dicebam,d. Serenifs.Margheritæ,vt ex eodem *Sum.num* 15 fuit protestatum d.Instrumentum non restitui,nisi illo prius Dominis ostẽso,ac per eos benè inspecto, vt considerat *Purpurat.consf.* 581.*num.*14.*vers. Et maxime lib.* 2.*R...dec.* 290. *nu.*11 *coram bo.me. Buratto*; Vnde cum reintegratio fuerit concessa non attenta d.protestatione, nec facta tali inspectione, nulli dubium quin fuerint conseruata iura dicti Serenifs. Ducis vti habentis originem ab eadem Margarita protestãte *Iaf. in l. non solum §.morte nu.* 18. *ff. de non oper. nunc. c. sollicitudinem de appellat. Mantic. de tacit. & ambig.lib.*11. *tit.*5.*nu.*20.*Tiraquell. de retract.in* §.1.*gl.*7.*nu.*71.*Rimin.iun. consf.* 804.*nu.* 24. *&* 25.*Menoc.consf* 75.*nu.*69.

Nec vllo modo standũ est exemplis,quæ ex aduerso dicuntur registrata in actis,cũ fides productorũ nõ fuerit a Rota approbata,sicq;ageretur de illa semper firmanda;Vnde liquet non applicari dispositionem *l.fin C. de fid. Instr. in contrarium allegata:* Nam loquitur de scriptura semel approbata per Iudicem,quia producens illi fidem imposuerat, *vt Iustinian. inquit in princ.* ibi, *Eiq.fidem imposuerit,* ac Rursus, ibi, *Au Iussi-ciat fides iam approbata &c.* & notant *Bart. in princ. vtriusque lectura, Bald. in Sum. ac nu.* 8.*vers.Quarto Salicet.nu.*1. ac cæteri scribentes, sed potius vrget argumentum *glos. in c. vt. veterum verb. Greci vers. Et est hic, distinct.* 9. *ex eod. tex .quod Salicet.* vbi aliquod in dubium reuocatur semper exhibẽdum sit illud,à quo originem ducit, non autem eius exemplum quantumuis esset authenticum,quo etiã argumento vsa fuit *Rota coram Card. Canaler. decis.* 139. *nu.* 3.

Nec defectus recognitionis,& inspectionis tollitur ex asf. Instrumenti antiquitate, quæ non probatur ex sola data,præsertim quãdo,vt in hoc casu veritas scripturæ, vel probabilibus rationibus,vel ex facie ipsius scripturę,vel aliũdè impugnatur *Put.dec.*186. *nu.* 2.*lib.* 3.*Gregbr:XV.decis.*393.*nu* 2.*ibiq.Adden.nu.*5.*Canaler.dec.*518.*nu.*2. *Buratt. dec.*290. *num.*8.*vbi Adden. litt.C.& in recent.decis.* 681.*num.*1.*vers. Et licet sola data par.* 3. *& decis.*687. *nu.* 10.*part.*5.*&* 207.*num.*2.*part.*7.*diuers. Pacen.Cappellania* 10. *Nouembris* 1635.*coram bo.me.Merlino,& in Romana fideicom.de Strozzis* 17.*Februarij* 1645.*vers.Primo huiusmodi &c.coram R. P. D. meo Cerro,*& antiquitas scripturæ non supplet vitia visibilia,& dum eadem caret substantialibus,& frustra quęritur de recognitione scripturæ,dum dubitatur de substantia,& veritate illius, de qua tamen debet constare aliterquam per temporis diuturnitatem *Bald. in l.siquidem col. fin.C.de except.Gratian.discept foren.f.cap.*447.*nu.*37.*& cap.* 474.*num.*18. *Dec.consf.*607.*nu.*17. *Rimin.iun consf.*52.*nu.*19.*Rot.dec.*393.*per tot.& ibi Adden.nu.*5.*coram Papa Greg.XV. & decis.*187.*nu.*10.*part.*5 *diuers.&.Rom.fideicom.de Strozzis §.* 2. *antiquitatem.*

Secundo Domini censuerunt d.Instrumentum non esse in forma probanti;quia nullibi apparet de notariatu Io.Francisci Rocchi de Bracciano,& Ricci de Piscia;Ad effectũ enim vt instrumentum dicatur in forma probanti,debet cõstare de notariatu Notarij rogati, eiusq. manus est etiam recognoscenda *DD. in c.* 1. *vbi Felin. nu.*18.*de fid. instr. Speculat. in tit. de edit. instrum. §. restat, vers. Et scias, & vers. Illud autem notandum Aucar. consf.*213.*nu.*2. *&* 3.*Soccin sen.consf.*23.*num.*1.*& seq.vol.* 1.*Aym.consf.*72. *nu.*1. *Alex. consf.* 198.*nu.*1. *lib.* 7. *Rimin.iun. consf.*446.*num.*24.*lib.*1.*Ossasch.decis.* 117. *num.*3.*&* 5.*& decis.*113.*nu.*12.*par.*6. *diuers.*Eoque magis Instrumentum firmari potest non esse in forma probanti,quia cũ inspecto tenore descripto in regestro,in eius corpore legitur de eo fuisse rogatos coniunctim dd.duos Notarios,vt patet ex principio, Ibi,Ioannes Iordanus de Vrsinis in præsentia nostrorum Notariorum,& paulo post Nobis tamẽ Notarijs stipulãtibus,& in fine,ibi,Pro quibus omnibus,& singulis Idem Ioannes Iordanus nobis eisdem Notarijs infrascriptis vnum,vel plura, &c. & clariùs in asf.subscriptione,Et quia Ego Frãciscus Riccius de Piscia de prædictis omnibus rogatus fui vna cũ Francisco Roccho de Bracciano Sum.Serenifs.Ducis *n.*16. Vtique necessario requirebatur quod ambo illud subscripsisset, tam in eorum protocollis, quam in publicatione *§.in his Auth.de instr.caut. l.si heredi ff. de condit.Instit.*

l. ea

l.ea tamen adiectio ff.de legat. 3. *l. Si is qui ducenta §. vtrum, vbi Batt. ff. de reb. dub. Alex. in l. quadam §. nihil col.* 2. *in fin. de eden. Butr. in c. Inter dilectos de fid. instrum. num.*27.*Bald.in l.si quis §. cogentur in* 5. *notabil. de eden. & cons.*392. *vol.* 1. *Ioan.de Anan.cons.*32.*num.*7.*vers.Circa quartum Rimin. Iun. cons.*600.*num.* 10. *Corn. cons.*243. *num.*18.*lib.*3. *Alex.cons.*124.*num.*4.*lib.*7.*Gabr.cons.*39.*nu.*2.*lib.*1.*Guidopapa decis.*122. *num.*1.*vers.In contrarium.Boer.decis.*21.*num.* 1.*&* 2.*& decis.*19. *num.*1.*coram Durano*.

In prætenso autem Instrumento apparet sola subscriptio Riccij,& altera Rocchi dignosci non potest ex verbis vltimi folij carentis sensu perfecto d.Sum.D.Ducis Parmæ *nu.* 8.Et hoc maximè procedit in præsenti casu,in quo d.Instrumētum fuit rogatū Bracciani, qui locus in Vrbis districtu situs reperitur, & in eius statuto antiquo lib.1.cap.191.& in nouo cap.34.eodem lib.1.cauetur,quod quando Instrumētū fuit rogatum à duobus Notarijs, illud ab vtroq; debet subscribi; *Iacob. de Beluis. in §. is Auth.de Instru.caut. & fid. Salicet.in l.Iusiuran.nu.*7.*vers.Sin autem fit,cum alio de testib. Dec.in c.Quoniam contra num.*202.*de probat. Bolognin.in addit. ad cons. Ioan. de Anan.* 49.*in fin. vers. ibi etiam parit. Marescott. var. resolut.c.*29.*in princ.nu.*4.*vers. Sed istis non obstan.& cap.*106.*in princ.nu.*13.*& seqq.lib.*2. *Fenzon.ad statut.Vrb.c.*34.*nu.*21. *lib.*1. *Alex.cons.*124.*nu.*4.*vers.Sed ita est vol.*2.*Gabr.cons.*39.*num.*1.*vers.Ita cum duo, per tot.vol.*1.*Guidopap.d.decis.*122.*nu.*1.*vers.In contrarium. Put.decis.*5.*in princ.versic. Quandoq; duo Notarij lib.* 1. *in correct. Rom.fideicomm. de Vrsinis* 15. *Ianuarij* 1584. *coram Orano, &* 11. *Ianuarij,ac* 25. *Martij* 1585. quæ duæ posteriores habentur post *Pic.ad Stat.Vrb.in ord.*26.*&* 27. *Rot.in Rom.nullitatis donationis* 3. *Iulij* 1628. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in eadem* 19. *Ianuarij* 1637. *coram R.P.D. meo Royas*;

Atque ita cum non fuerit seruata forma à statuto præscripta,d.Instrumētum nullius roboris esse potest, *c.cum dilecta ante fin.& ibi Felin.num.*6.*vers.gesta contra formam de rescript. Bald. in l.* 60. *num.* 11. *C. Quomod.& Qud.& in l.fin.§. si verò ff.de iur.delib. Marescott.var.lib.*2.*cap.*29.*nu.*4.*vers.Sed istis, & infra per tot. Surd. decis.* 144.*nu.* 17. *Ariminen.dotis* 11. *Maij* 1620.*coram bo. me. Coccino*.

Adminicula verò pōderata in d.decisione 26. Iunij 1641.corā R.P.D.meo Peutingerio in qua fuit responsum esse detrahendum tempus litis non applicantur,dum hic non agitur de simplici recognitione Instrumenti incidēter producti,sed de principali fundamēto,& de illius substātia;Quo casu minimè debet detrahi tempus litis,vt distinguit, & firmat *d. decisio* 822. in qua conciliantur DD. in hac materia discordes *sub nu.*1.*vers. Domini fuerunt huius sententiæ, & nu.* 2. *vers. Aut vero.* Et sic d.Instrumentum non potest dici antiquum, quia ab anno 1504. quo illud prætenditur confectū vsq; ad annū 1538.quo fuit mota lis effluxerunt dumtaxat anni 34.qui nullo modo operantur,vt scriptura non egeat formali recognitione, cū ad hunc effectum requiratur lapsus centum annorum *Crauett.de antiq.temp. in princ.nu.*1.*Menoch.de Arbitr. cas.*3.*nu.*6.*&* 7.*Garz.de benef.p.*2.*c.*2.*nu.* 265.*Guttier.cons.*1.*nu.*5.*Soccin. sen.cons.*187. *nu.*10.*Alex.cons.*101.*nu.pariter* 10.*lib.*5.*Rot.dec.*681.*nu.*1.*in princ. par.*3. *rec. Adden. coram Papa Greg.XV.dec.*389.*litt.B.ibi Antiquum, vt dicatur &c.& dec.* 389.*num.*7. *coram eod. Put. dec.* 146. *in princ. lib.* 1. *Farfen.Territorij* 19.*Martij* 1607. *coram b.m. Penia*; Et licet admittantur adminicula,dum agitur de instrumēto saltem 66.vel 70. aut 80.annorum *Caputaq. dec.*5.*nu.*3.*&* 4.*lib.*3.*Seraph.dec.*1481.*nu.*2. *ibi partim* 60. *dec.*683.*nu.*1. Ibi quod cum agatur de recognoscendis instrumentis &c.*part.*3.*lib.*3. *diuers.*693.*nu.*7.*in fin.ibi Tamen vbi agitur &c. par.*2.*rec.& dec.*184.*nu.*6.*p.*6.*diuers.*

Tamen nec tali casu suffragarentur adminicula ponderata in decis.R.P.D.mei Peutingerij,quia præter supradictos defectus probationis alicuius antiquitatis ob non inspectam faciem Instrumenti,& dubitationis illius substantiæ,adminicula in sua specie perfecta non sunt, nec probata,vt esse debent *Rot. in d. Rom. prætensi fideicom.de Strozzis §. Sed vlterius coram R.P.D. meo Cerro*.

Illud enim desumptum ex nobilitate DD.de Vrsinis eliditur ex eadē nobilitate Alphōsinæ,quæ in contractibus datis in Sum.Serenis. Ducis *nu.*13.Se gessit vti Dominam d.Castri,

d.Castri,ac nobilitate pariter Madamę Margheritæ,ac Catherinæ Medices Christianissimæ Reginæ,quæ in concordia eodem *Sum.num.24.* conuenerunt,quod Castrum remaneret Madamæ,ad eamq. spectaret pleno iure reuersurum certo casu ad ipsam Reginam,eiusq; hæredes pariter pleno iure ; vt in terminis firmauit *Rot. in cit. Rom. prætensi fideicomm.de Strozzis §. Quod enim.*

Nec releuat pariter adminiculum desumptum ex instrumento ass. ratificationis Alphonsinæ,& ex alio prætensę ratificationis hæredum Laurentij , & Petri de Medices; quæ supponuntur rogata per eosdem Notarios , & legitimè compulsata ex Archiuio Florentino ; Quia ass. ratificatio Alphonsinæ nunquam extracta fuit ex aliquo Archiuio , tantum abest quod fuerit compulsata ex Florentino, vt apparet ex processu compulsoriali .

Altera autem ex eo compulsata non suffragatur,quia cum ex illius sola data non probetur antiqua,& facies non fuerit ostensa Dominis,vt placere dixerunt,vsq; de anno 1595. d.Sum.D.Ducis Parmæ *num.9.* dici nequit non egere recognitione, tanquam deducatur pro adminiculo .

Ratio autem desumpta ab Archiuio nihil facit , quia fuit erectum post motam litē videlicet de anno 1569.Sum.d.Serenis.Ducis *nu.27* nec etiā constat de tempore quo euenit repositio scripturæ;Nam potuisset esse de anno 1580. quo lis instaurata fuit coram bo:mer Blanchetto,& amplius postquā Rota dixerat iura non esse in forma probanti *Caputaq. dec.41.n.4.p.1.cum alijs relatis per Adden.ad Buratt dec 667.n.19.*

Accedit quod ass.protocollum non est tantum formiter, imò illius plures defectus adnotarunt Compulsores *d.Sum.num.* 26. Archiuium autem non supplet imperfectionem scripturæ *Caputaq.d.dec.nu.2,& 3. Adden.ad d.dec. Buratt.667.num.18.*

Neque potest firmari d.Instrumentum esse in forma probāti sub prætextu illius obseruantiæ,quæ tribuit robur etiam scripturis in formibus *l.1.C.de fid.instr.l.si veritas C. eod,tit.Roman.cons.222.Dubitabatur.nu.2.Bald.cons.402.in fin num.9.lib.5,Grat.discep. forens.c.429 nu.17.468.nu.8.& 577.nu.34.Seraph.dec.928 nu.9.& in rec.980.nu.5. 480. nu.3.vers.Maximè par.8.393 nu.8.vers.Nam qua ratione p.3.Adden.ad dec.469. lit.B. coram Papa Greg.XV.Coccin.dec.258.nu.7.* & in præsenti talis obseruantia desumitur ex quo DD.de Vrsini recuperauerint alia bona assignata DD. de Medices.

Quia dato etiam quod esset probata talis obseruantia ; ista tamen non posset mutare substantiā,seu qualitatem scripturæ,& facere quod scriptura informis,& minus solemnis haberi debeat pro authentica,& in forma probati,vt benè aduertit,& firmat *d.dec.469.nu 5.Ibi. Non tamen possunt &c.* Sed neq. etiam constat de huiusmodi obseruantia,quia non fuit ex aduerso probatum DD de Medices possedisse prædicta bona,& quidem per totū annum 1593 quo fuisset completa satisfactio, vt in Sum.D. Ducis Parmæ *nu.31.* Imo potius contrarium probatur,vnde sicuti obseruantia auget fidem scripturis informibus, Ita etiam inobseruantia eadem ratione minuere debet fidem huius instrumenti,vt contrariorum eadem sit disciplina *ad not. in l.Etsi contra ff.de vulg.& pupill.l.fin.C.de legat.3.Oldrad.cons.105.nu.1.& 2.Rot.dec.472.n.7.& 8. vers.Ideoq. & vers.quin etiam coram Buratto in recent.decis.703.n.8.ibi. Eademq; ratione p.2.& decis.n 24.nu.22.vers Sed quod tollit par.6.diuers. d.Rom. prætensi fideicom.de Strozzis coram R.P.D. meo Cerro §. Et in hanc.*

Pro inobseruantia etiam d.Instrumenti vrget inuerisimilitudo,cum nō sit creden.quod DD.de Medices in defalcatione eorū crediti liquidi ducat.63936.voluerint recipere annuos redditus ducat.520.super alijs Castris eisdē assignatis. Alphonsina verò pro suo credito scut. 25000. contenta fuerit recipere ducatos 480. Particularis enim,& minutata solutio multa affert incommoda *text.in l.Lucius ff.de vsur.& in l.Planè vbi gl. verb.non minima ff.famil. ercisc. & l.Titior.§.Lutius ff.de vsur.& l.quidam existimauerunt ff.si cert.pet.Menoch.cons.457.num.7.Afflict.decis.13.num.1.& dec.344.num.8. part.6.diuers.& in recent.decis.447.num.2.1.part.recom.3.Sard.decis.186.nu.2.*

Non obstat quod per Ducē Parmæ nō possit allegari inobseruātia cōtractus cū DD. de Medices,cū hoc sic dāre de iure tertij,vt inquit *Altogr.alios allegans in suo cons.1.n.31.*

Quia

Quia cum D. Dux Parmæ sit reus, & possessor, ad tuendam suam possessionẽ huiusmodi ius benè potuit allegare *Castr. in l. fin. num. 12. vers. Intellige C. de adict. Diu. Adr. toll. Alex. ibid. nu. 23. circa finem Surd. cons. 415. num. 16. Gratian. discept. forens. cap. 155. nu. 24. & 26. vers. Cessante igitur Thesaur. dec. 4. nu. 1. Rot. decis. 97. num. 3. coram Duran. & 415. num. 4. coram Papa Greg. XV. Rom. Saluiani 12. Febr. 1619. coram bo. mem. Cardin. Virili, & in alia simili 4. Iulij 1640. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Tertia etiam elicitur nullitas d. Instrumenti assignationis, quæ cum legatur facta d. Alphonsinæ absenti, vt apparet ex tenore eiusdem instrumenti, ibi *Dedit, cessit, &c.* ipsis creditoribus, & cuilibet ipsorum respectiuè vt infra absentibus tãquã præsentibus &c. non substinentur, cum interuenerit illius consensus, vel alterius pro ea recipientis, *l. absenti, & ibi Bart. ff. de donat. l. consensu ff. de Action. & obligat. cap. si tibi absenti de preben. in 6. Tiraquel. in l. si vnquam vers. libertis nu. 80. C. de reuoc. donat. Alex. cons. 168. num. 14. lib. 5 Rimin. iun. cons. 556. nu. 93. Bald. cons. 349. num. 3. lib. 1. & cons. 176. post med. vers. Item quia lib. 2. Boer. decis. 353. num. 3.*

Nec aliqua ratificatio d. Alphonsinæ potest desumi ex verbis imperfectis, quæ leguntur in d. folio non integro d. Instrumenti, ibi *Io Alphonsina*, quia nihil certi continent, cum deducantur ex d. folio in parte substantiali deficiente *Bart. in l. 1. §. si Rota nu. 3. & ibid. gloss. in verb. Muneribus in fin. ff. de bon. possess. secund. Tabul. l. 1. ff. de fid. instr. Imol. in l. 1. num. 7. circa med. vers. vnde secus, ff. de his quæ delent. in testam. Suarez post rem indic. Anton. Gomez in l. 45. Tauri nu. 145.* Regulariter enim ratificatio non potest elici ex actu æquiuoco, cum ratificatio requirat perfectam scientiam actus, qui ratificationem postulat *l. decem ff. locat. l. cum duo ff. de in diem addict. l. Quidam relegatus, vbi Castr. & Soccin. ff. de verb. dub. Gratian. discept. forens. cap. 768. num. 11. Surd. cons. 328. num. 28. in princ. Menoch. cons. 203. num. 37. Aym. cons. 204. num. 14. Ruin. cons. 91. num. 9. & 10. vol. 1. Bursat. cons. 118. num. 819.*

Nec ad effectum vt sit in locus executioni d. sententiæ vigore constitutionis Egidianæ suffragatur exhibitio transumpti d. Instrumenti vltimo loco tacta pro parte D. Ducis Bracciani.


Quia locus esse non potest executioni d. sententiæ, præsertim vigore huiusmodi constitutionis, nisi illa iustificata remaneat ex eisdem actis, non autem ex iuribus postea exhibitis, quale est transumptum post d. sententiam exhibitũ *Monac. in c. Venerabili sub num. 2. de sentent. excommunic. Corn. cons. 10. nu. 2. propè fin. vers. Non autem lib. 4. Card. Seraph. decis. 279. nu. 5. vers. Nam si ad officium, & decis. 377. num. 10. vers. Quibus stantibus Burat. decis. 630. nu. 2. Coccin. decis. 73. num. pariter 2. & decis. 89. eod. num. 2. post Mangil. de subhast. & ita resolutum in causa Ciuitatis Castelli spolij 23. Ianuarij 1593. coram bo. mem. Orano in rec. dec. 28. par. 1. & in Bononien. fideicom. de Rubeis 23. Maij 1644. §. Nec releuant cessiones coram R. P. D. meo Corrado.* Quæ conclusio eo magis procedit in præsenti casu, dum huiusmodi transumptum desumptum fuit ex d. Archiuio Florentino die 8. Aprilis 1583. lite pendente, & sine citatione partis, sicut tunc fuit leuatum alterum prætensæ ratificationis DD. de Medices, de cuius validitate quia DD. de illo tempore valdè dubitarunt, ideo ordinarunt vt produceretur illius originale quatenus posset, sin minus darẽtur cõpulsoriales cum clausulis opportunis d. Sum. Ducis Parmæ *nu. 9.* Et per consequens si istud etiam tunc temporis fuisset exhibitum, vtiq; pariter ijdem mandassent quod ipsum originale exhiberetur stantibus manifestis erroribus, atq; alijs defectibus per Notarium commissis in Instrumento transumpto, & exhibito de d. anno 1583. *l. Iubemus, & ibi glos. in verb. Suspectus C. de probat. & l. fin. iuncta gl. in verb. Scriptura C. ad l. Cornel. de falsis. Nat. cons. 633. n. 12. & 17. Ruin. cons. 35. nu. 10. tom. 4. Rimin. iun. cons. 554. num. 13. Paris. cons. 57. nu. 36. p. 4. Surd. cons. 173. nu. 21. Osasc. decis. 117. nu. 11.* Et esset valdè inconueniens quod magis esset credendum transumpto quam originali, *Felin. in c. cum P. Tabellio in fin. de fid. Instr. Honded. cons. 66. num. 101. ibi consumptum lib. 1. Roland. cons. 32. num. 26. lib. 2. & cons. 26. nu. 11. lib. 3. Menoch. de adipisc. remed. 4. nu. 702.* Ideoq; dum primum transum-

ptum

ptum tanquam suspectum non fuit approbatum, eò minus debet secundum approbari, cum vtrumq; habeat originem à radice infecta, *Bald. in l. lex testamento 29. in fin. C. de fideic. Rip. in l. 1. §. Si quis ita col. penult. ff. de verb. oblig. Mascard. de probat. conclus. 14. num. 12. Gratian. discept. forens. cap. 282. num. 35. Bald. cons. 125. Tres fuerunt contractus lib. 1. & cōs. 263. vol. 5. Rim. Iun. cons. 83. nu. 3. & 4. Honded. d. cons. 66. eod. n. 101.* ibi, *Sed extractum &c.* quod eo magis videtur firmandum, dum euidenter apparet de discrepantia istorum Instrumentorum: Primum enim productum de anno 1583. legitur subscriptum sub nomine Laurentij de Medices, & Alphonsinæ; Secundum verò sub nomine Ioannis Iordani Vrsini, & Scipionis Vrsini; Stante igitur tam graui discrepantia inter vtrunq; pariter vtrunq; retorquetur, Nec secundum potest suffragari pro adminiculo, & coadiuuatione antecedentis producti, dum ad inuicem ista sibi derogent fidem *text. in c. Imputari extr. de fid. instr. l. Scriptura diuersa C. eod. tit. Alex. cons. 175. num. 2.* ibi, *Nec etiam erit standum &c. & num. 4. vers. Et per ista lib. 7. Bald. cons. 392. in primis viden. est num. 4. vers. vlt. Quaeritur lib. 3.*

Hincque cum ex supradictis appareat de iniustitia dictæ sententiæ, per consequens cessat restitutio fructuum, ad quos Serenis. D. Dux Parmæ fuit condemnatus, cum tàm ipse, quam sui antecessores bona fide, & iusto titulo dominij in ipsos translati illos perceperint, quos propterea suos fecerunt *l. ex diuerso §. fin. ff. de rei vendic. Paul. de Castr. in l. si quis bonorum ff. de legat. 1. Peregrin. de fideicom. art. 49. nu. 20.* Ibi, *Quia Dominium sequuntur &c. Gratian. discept. forens. cap. 540. num. 8. & cap. 712. num. 11. Menoch. cons. 300. nu. 5. Cephal. cons. 626. num. 4. Surd. cons. 333. num. 24. Rot. decis. 310. num. 26. part. 5. diuers. Rom. consignationis cedula 21. Febr. 1614. coram bo. me. Pirouano.* Ad hunc effectum enim sufficit malam fidem abesse *Bart. in l. sed & si lege §. scire de petit. hered. & in l. fur. §. Si quis de vsucap. Alciat in l. bonæ fidei de verb. signific. Couarr. var. resolut. lib. 1. cap. 3. num. 8. Becc. cons. 95. num. 1. Cephal. cons. 708. nu. 85. Rot. decis. 320. num. 1. & 2. part. 2. 333. num. 1.* Ibi, *Quod absit &c. part. 3. 326. num. 3.* ibi *imo sufficit, & 608. num. 1.* ibi, *Et quod non adsit par. 4. recent.*

Et ita vtraque parte, &c.




Legatoria GIUDICE CONCETTA
S. Gennaro.